tio eſt ad morbum ut cauſa eius reſoluatur.
non debet fieri niſi in ſtatu ⁊ declinatione.⁊
tunc ipſius iteratio fiat ſecūdum materie re
ſoluende quantitatem.qr plurieſ iteretur ī ma
teria multa q̄ꝫ in pauca. Uerumtamen ſi cade
ret error ⁊ approximaretur euaporatio ante
tempus uel etiā ſi medicus euaporationem fa
ceret temptatiue. tunc ſemel uel bis facta ſi
dolor augetur ſignum eſt erroris ⁊ ꝙ non ꝯ
uenit.⁊ eſt ab ea deſiſtendum.Sed quādo fit
coacte propter mittigare dolorē fortem.tunc
ſi dolor eſt intenſus non propter multitudinē
mē.ſed propter eius malitiā frequēter euapo
rationē iterare ꝯuenit. Sed ſi ē pp mltitudi
nē mē.tūc euaporatio paucis uicibus fiēda ē

qr ſolū dum dolor alleuietur. Et ſi non alle
uiatur aut augetur dolor per eam. deſiſtatur
ab ea ſtatim et aliis modis medicetur. Di
xit Auic.in euaporatione nō exiſtit bonitas
ante mūdificationem neqꝫ in balneo. imo fit
illud cauſa ad attrahēdū materiā plurimā co
hopientes tunicas oculi. Ideoqꝫ cum apud
medicum conſtat de repletione in corpore uľ
capite nō debet euaporationē facere anteq̄ꝫ
euacuetur repletio uel bene minuatur. Ait
eniꝫ Gaľ.z° regiminis acutorꝝ ꝯmēto prio.e
uaporatio attrahit ad locū morbi ex ſanguie
pluſq̄ꝫ repellat.qm̄ de natura rerꝝ calefacien
tiū ē.ꝙ ſicut ipſe reſoluūt māꝫ contentā ī mē
bris quibus approximātur ſimiliter ēt attra
hāt ad ea illud qð inueniūt ſupefluū ī mēbriſ
uicinantibus eis.Et terapētice.iz°.dixit.eua
poratiua farmaca multitudine exñte in cor
pore particulas quib⁹allata fuerint replent
magis q̄ꝫ euacuēt. Propterea dix Aui.re
ſolutiua in prin° obtalmie uehemēter deuita.

Si aūt nō ꝯſtat medico de plenitudie cor
poris āt capitis.ſꝫ ſtat ī ābiguo. tūc pōt tē
ptatiue incipere ab euaporatione.qm̄ āt cu
rat aut nocet cure. Et ſimľr pōt intelligi de
fomētatione ⁊ ēt de balneo toci⁹corporiſ.nō
accipiēdo ſtufaꝫ in qua capud ſimľ cū reliquo
corpore moratur ⁊ calefit.qm̄ in tali ſtufa ē
tior ⁊ maior ualde q̄ꝫ ī euaporatione ľ fomē
tatione oculi.qr in ea parāť hūores ad fluxū
magnū maxime ad oculū egrꝝ ⁊ ðbilitatū.Ac
cipiēdo auteꝫ balneū pro tina in qua cor⁹bal
neatur et calefit capite excepto.imo et defen
ſato a receptione fumi balnei.tunc in eo pro
oculis ē timor ⁊ minor q̄ꝫ in ſtufa predicta i
mo cū h° ꝙ agitet hūores et pōat eos ī fluxū.
pōt oculis ꝯferre diuertēdo a partib⁹capitiſ
ad inferiora. Eſt tñ tior in eo ð generatōe a
licui⁹egritudis in aliq°mēbro iferiori q̄ poſ
ſet eē deterior q̄ꝫ ſit obtal^a.⁊ iō uitādū ē.Si
tñ ex uaporatione tēptatiua uľ ēt ea q̄ fit ad
remouēdū ſtipticitatē ocli cātaꝫ a ſtipticiſ ſic
ſūt dix.A.aqua zucari ⁊ aqua mellis. q̄uis
aqua zucaari ſit melior ī obtal^a caľa. aliqua
dixit Aui.ꝯtingeret agitatio in oatal^a uľ ſu
percalefactio.tūc infriabis eā.ſ.obtalmiā uel
eā.ſ.medicinā euaporatiuā ad ſuccurēdū et
agitationi et ſupercalefactiōi. Sꝫ infrābis
cū eo in quo nō ſit inſpiſſatio propter cām ſu
perius dictā. Et de reſoluētibus bonis in
hac hora.ē decoctio fenugreci melliloti florꝝ
camomille ſticados ⁊ ſimilium ſingulariter
et cōpoſite.Et aqua feniculi et aqua celidōie
⁊ poteſt cū eis addi modicū mirre ⁊ croci.⁊
dix.A.Cū mā iā eūata ē per ftbiā et alias e
uacuationes.et iā fluxa ē ⁊ nō amplius fluit
⁊ dolor nō ē in ſūmo laboris adminiſtra coll
riū .ſ.ſiue ſub forma ſief.ſiue alcofol nōiatū
uni⁹diei.i.qð facit operationē ſuā in uno die
propter excellentiam ſue uirtutis qð .z° con
tinentis uocatur ſief barome.i.unius diei.et
ponunť in eo acatia crocus mirra litium Gal
banum et parum eriſuſti Et Rap. poſuit pľ
uerem citrinum unius diei .puluis tamen ci
trinus reperitur plurium deſcriptionum in
quibus omnibus ponuntur res multe reſolu

ionis ꝛ exsiccatõis. sicut mirra sarcocolla a
loes ꝛ croc⁹. Et. A. q̄nto canõ c° ho posuit col
liriū uni⁹ diei qđ uocauit colliriū rabiosū qđ
resoluit obtalmiā ꝛ annichilat ipam i hora
sua. ꝛ nõ ē mirādū de hys. si in uno die sanāt
obtalmiā. qꝛ nõ administrāť nisi multum mi
norata mā ꝛ digesta. ita qđ põt eā resoluere
qđcūqꝫ eorū in una die uel paꝝ postea. ꝛ sciaſ
ꝙ medicine stiptice q̄ ponūtur in hys collirys
unius diei. ponūť ad ꝯfortandū oculum ne ni
mis dissoluatur uirtus eius a multa resolutio
ne. ꝛ sic igrediunť i eis medicīe exicatiue. s.
stiptice ꝛ alie que habēt desiccare ꝛ ꝯsumere
materiam. que quando sunt multe debent eli
quari in albumine oui. ꝛ quando non sunt sic
multe debent eliquari in aqua fenugreci uľ se
minis lini ꝛ similium. Dixit serapio. si fuerit
in ipso medicamine unius diei stiptica plus
subtilia ipsum cum albumine oui. Et si est sti
pticitas in eo diminuta ꝛ apparꝫ digõ. s. i mā
tūc oꝫ ut ispisseť. s. ꝛ non sic subtilieť. uel non
cum re ita subtili ut ē albumen oui sed cuꝫ re
magis grossa ut cū mucilaginib⁹ p̄dictis. Col
liriū utile in hac hora. fit cū sarcocolla alba nu
trita i decoctõne fenugreci aut feniculi. ꝛ q̄n
magis tēdit ad declinationē adde cū ea parū
croci ꝛ mirre. Cum uero obtalmia fuerit i de
clinatione uera. tunc si mā nõ est difficilis re
solutionis post administrationem colliry uni
us diei ꝛ balnei post ipsum. dixit Auicena.
sit illud quod sufficit ad resoluēdum residuuꝫ
materie collirium de spica scilicet illud quod
describitur a mesue. suple uel aliud simile. Sꝫ
q̄n mā eēt resolutionis difficilis. tūc egetur
fortiori resolutiuo. unđ dix. A. q̄n hora facit
necessariū ut facias odorare colliriū alisticta
con qđ describiť ab eo i q̄nto tractatu đ col
liriis. Et secundo continentis dꝛ stasiõ idest
acutum. cōuēit eim solo odoratu. uel ut dicūt
quidam ꝛ melius ut facias odorare idest ua
de parum quid de eo in oculo ponere. ita ut ꝑ
sui paucitatem sit uirtus eius in modum odo
ris hoc enim ꝛ similibus utēdum est. quādo
resolutiua leuia nõ proficiūt. ꝛ quādo mā est
omnino praua ꝛ iobediens resolutioni. Dix
Auic. Cuꝫ materia est praua i obtalia an̄cedē
te ad resoluēduꝫ idest i obtalia que diu ante
cessit ꝛ tardauit dissolui. tūc fortasse necessa
rium est aliquid quod sit sicut sucus cucume
ris asinini. est enim fortis resoľtionis ueruꝫ
utēduꝫ est eo preparato sicut seruitor preparare
eum docet. Et etiā tūc nõ eo puro sed mixto
cum aliis. ꝛ tūc etiā nõ nisi apud necessitatē.

C^m. ii^m. de cura obtalmie calide in spāli.

Uersum obtalmie cura. uari
atur secūdū qualita
tem materie faciētis ipsaꝫ calidā
aut frigidaꝫ. Dixit Auice. regimē
comune obtalmie. cum materia est sanguinea
aut colerica est flobotomia ꝛ euacuatio. Naꝫ
si i causa fuerit sāguis calidus colericus aut
colera sola. Non sola quia a sāguie sepata sed
cū sāguie mixta existēs habeat i eo dn̄ium cō
fert cū flobotomia eūo. Fľoia enim ꝯfert i sā
guinea pura. et in sanguine colerico calido
idest subtili ut per sui subtilitatē dicať esse
colericus. q̄zuis i eo nõ dn̄etur colera. Et
confert ēt fľoia in obtalmia colerica in qua
sanguinis dominium habuerit. qꝛ per fľomi
am sanguis educitur. Et eūo ēt cū farma
cia confert in sanguinea siue de sanguine fue
rit grosso siue subtili. qꝛ sanguis nõ diu mora
tur peccans quin. portio eius conuertatur in
alios hūores qui egent euacuari. Et quātū
cūqꝫ nõ conuertaretur adhuc exigiť eūo mū
dificatiua sanguis et purificatia eius saltē ut
prohibeatur ipsius putrefactio et cõuersio ēt
eius in alios hūores. Colere ēt conuenit e
uacuatio ut notū est. Et quidā dicūt. ꝙ Aui.
intellexit ꝙ in materia sanguinea conuenit
fľoia ꝛ in colerica eūo colere. Dicūt tn̄ ꝙ in
colerica pura põt cõpetere fľoia q̄zuis sit a
sanguine seperata. nõ ad educēdū ipsā sed ad
prohibēdū fluxū sanguis multi ad oculum ꝑ
ati fluere ex colere iflamatione et mordicatõ
ne. Cuius cursus prohibetur per fľoiam cor
pus inanietem qua corpus et mēbra oia red
duntur auara in retinēdo ipsum. Et speci
ficauit Auic. aux^a euacuantia dicēs. cū deco
ctione mirob. s. citrinorum qui educunt cole
ram. Et subdit q̄nqꝫ ponitur in ipso tur
bith. et hoc maxime. quādo in sanguine uľ co
lera processisset aliqua adhustio. Nam ut. A.
dix. 2°. can̄. c° de turbith. ipsum eūat de hūo
ribus adhustis et maxime q̄n datur i sba eius
Et ideo dixit ponitur in decoctione mara
bolanorū turbith. s. in sba nõ ad accipienduꝫ
Sed mirob. n̄ datur in sba maxime i hoc cāu
ꝑꝑ superfluam stipticitatē ipsoꝝ qua derelin
quunt uentreꝫ stipticū qđ ē multū nociuuꝫ in
obtalmis. Alii tn̄ dicūt ponitur cum eo tur
bith. s. q̄n cū sanguine eēt mixtū aliquid fľa
tis. ut post fľomiā educatur per ipsū. ipꝫ flā.
Et subdit Auic. ꝙ si cum ea fuerit aliquā
tulū grossitiei. et sciueris qđ materia fuerit i
bibita in uelamibus cerebri. confortabis e
uacuationeꝫ cū yera. s. siplici qꝛ ratõe suoꝝ ꝯ
ponētiū ducit uirtutē mirob. ꝛ ēt turbit ad ꝑ
tes capitis ꝛ ualet in edutione mēꝝ ibibitaꝝ
i quocūqꝫ mēbro posset ēt dari yera aliqua
ꝯposita. respiciēs ipsā mām ꝛ sola ꝛ mixta
cuꝫ mirob. et turbith. Et posset etiaꝫ dari
yera simplex sola. et maxime. q̄n stomacus
comunicaret mām cerebro. Et subdit. A.
Et fortasse in huius sufficit infuxio aloes. ꝛ
precipue quando comunicat stomacus. Et ꝑ
prie ualet infuxio aloes quā descripsit mesue
capitulo de soda. Qđ si materia fuerit pu
re sanguinea. dixit Auicena adhibebis uen
tosas post flobotomiam. et assiduabis frica
tionem extremitatum et compressionem eaꝝ
pluſq̄ꝫ in alys scilicet materieb⁹ calidis. qꝛ
pluſq̄ꝫ in colerica. Nam in sanguinea pl⁹ ē in
tēdēdum eūoi et diuersioni q̄ꝫ in colerica. Et
ideo administra uentosas cum scarificatione
ꝛ sin̄ ea ꝟꝫ ꝙ plēitudo sāguis exigit. In coľi
ca aūt pl⁹ ē itēdēduꝫ alteratõi ꝛ mistra localia
ꝟꝫ diuersitatē tempoꝝ ei⁹ admistrādo i prin°
succos frigidos quos sūmes ex dictis supra.
Et demū scilicet in augmento administra
bis aliquid resolutiuū cū eis ut medullā pani

ī qua ē aliqua uirtus resolutiā ul' aliud sile.
Et postea. s. i statu īfūdens panē i rob. s. sapa
et pmisceb panē cū illo. Et subdit. fortasse o
portebit ut pisceas cū illo siū quocūq3 alio au
xilio quo uteris s3 diuersitatez tēpoꝝ morbi
paꝝ opu. ꝛ hº eēt cū dolor mltū ifestaret. Si
uero mā fuerit colica. s. sāguini mixta cūabis
post fl'oiā cū eo qd educit colera3 ut iā dictū
ē. Et postea administrabis balneum ex aqua
dl'ci. ꝛ in administratione eiꝰ si qris tantum
hūectationem corporis ꝛ ariditatis eius rēo
tionem. tūc potes post pncipium obtalmie ad
ministrare ipm oi tpe. qꝛ talis balneatio cu3
nō sit nisi quedam corporis aspersio ex aqua
dulci tepida non exagitat mām i augmēto qꝛ
uis non sit digesta. Si uero p balneum qris
mē resol'tionem. tūc non d3 administrari nisi
digesta materia ꝛ corpore ppurgato. Consili
ter ēt u3 balēum ipsum in obtalmia sanguinea
Unde. iº. terapentice. dixit Gal. pdigesto flo
botomie iam ꝛ uacuo ente corpore aptissima
hiis sunt balnea. Et enim in dolo rosi ꝛ con
festim fiunt oculi. ꝛ cessat quid influit eis. qa
spargitur illud reuma p totū corꝰa balneo ꝛ a
liis miscet hūoribꝰ. ꝛ subdit i hiis. u. ꝯuenit
āpliora balnea potabilis aq̄ administrare. Et
dix. A. qn̄3 ē ꝯueniens effundere ex aq̄ dulci
frigida super capud ꝛ faciem. Et hoc eēt cum
colera ibi ꝯtēta eēt mlte subtilitatis ꝛ iflāma
tōis attrahēs mām ab iferioribꝰ. Et qnq3 la
uat facies cū aqua frida cui pmiscet aliquid
aceti ut supra. ꝛ dixit. A. administra balneum
si scineris ꝙ cerebrum eius sit mundum. Ne
in uentrem; in 'cerebro materiam dissoluat
que fluat ad oculos. Et comparans Auice. in
ter obtalmiam colericam ꝛ sanguineam in ad
ministratione repcussiuorum dixit. oport3 ut
in colerica maior sit audatia in administratō
ne stipticorum in pncipio sine superfluitate ꝛ
in administratione collitiorum stipticorum
dissolutorum in sucis scilicet frigidis suple qꝛ
in sanguinea. Et hoc pp colere mobilitatē ut
magis quietetur ꝛ ut magis ab oculo repella
tur cuius repulsio melius fit propter eiꝰ sub
tilitatē pp quā ēt nō timet ex stipticis fris
ꝙ i tunicis oculi ꝯstrigat ꝛ figat. N3 ꝙ ab
illis iduret. Nam sui subtilitate indurationi
resistit. Nō āt sic sanguinea mā que ē magis
apta indurari ꝛ ꝯgelari per frigida exicatia
Habetur etiam in eis maior audacia ut phi
beatur obtalmie collectio in oculo ꝛ ipsiꝰ saia
tio. que sicut dixit. y. 7º. affo. in omni herisi
pila est malum. Et dixit Auicena. de cura
herisipile idest obtalmie facte a colera haben
te aliqualem adbustionem ꝛ corrosionem ꝛ
sꝫt a cura obtalmie colerice absolute. In he
risipila que est ex summa illius scilicet obtal
mie colerice que etiam quandoq3 conuertit
i obtalmiā corrosiuā qn̄ ei addit putrefactio
ꝛ adustio. o3 ut administrēt post cūonē cū so
lutiuis ꝛ cristerys. emplastra facta cum corti
cibus granatorum decoctis super prunas ꝛ
tritis cum rob ꝛ melle. Et assidue fiat ei eua
poratō cū spōgia ifuxa i aq̄ cal'a ꝛ facē ēpl'm
cū faria ordei ꝛ frumēto decoctis cū siruppo
mellis aut cū radice lily ꝯtusa. Et scias ꝙ

. A. in hac cura non incepit a pure repercussi
uis. qꝛ quādo obtalmia incipit a materia cor
rosiua repercussio pura nō ꝯpetit. pº qꝛ mā
ē grossa nō bene repulsibilis. 2º. qꝛ cū sit mul
tu3 maligna timetur de eius reuersione sup cere
brꝝ. 3º. qꝛ ymaginādū ē aliquas partes ipsius
mē. fore derelictas in loco exactu corrosio
nis que non indicant repelli sed abstergi 4.
. n. itentiones curatiue surgunt in materia cor
rosiua. prima est ipsius materie repulsio 2ª est
mā corrodentis tam eius que corrodit qua3
etiam eius que relinquitur in actu corrosio
nis abstersio et leuis resolutio. 3ª ē doloris
corrosiui mitigatio. Et 4ª ē partis corrose
consolidatio. haꝝ prie tres nō debēt separa
tim impleri sed simul mixte. quos oēs simul
cōplet ēpl'm dictū de cortice granatoꝝ. qꝛ in
corticibꝰ granatoꝝ ē repulsio qꝛ frigidi sūt ꝛ
stiptici. ꝛ in rob. ꝛ in sirº mellis ē aliqualis
abstersio ꝛ resol'o. ꝛ etiā aliqualis doloris
mittigatō. Et si dolor corrosiuꝰ exigeret mi
tigationez maiorē in prinº. dixit Auic. o3
ut assidue abluatur oculus cū lacte. Et ut hūe
ctetur ꝛ infrīdetur. s. cu3 spogia infuxa in aq̄
tepida dulci. Nā ex hac lactis aspersione fre
quēti et assidua inuenit infirmus requiē mul
tā mittigata corrosione. ꝛ qꝛuis ita sit. et
Auic. dixit. ꝙ assidue fiat. nichiloꝰ subdit ca
ue supfluū usum eoꝝ. Nā sufficiētia i infrān
tibus siue sit sufficiētia quoad continuū usū
siue quoad ultimū gradū ē ex eis que tardāt
curam et hebetant sensum. Ac etiam nō fiat
eorum assiduatio. sic ꝙ alie mē implētes ali
as intentiones non possint administrari. sed
unius fiat administratio uno tempore ꝛ una
hora ꝛ alterius in altera. uel una administre
tur ab intra oculum. alia ab extra. Et in hoc
modo notant. ꝙ in pueris propter teneritatē
oculorum eoꝝ melius ē ponere abstersiuum
ab extra. Et dicunt quidam possunt medi
cine corrosiōis cum aliis misceri. Et hoc fie
ri d3 s3 bonā extiationē medici cū dictis me
dicis ēt mixtis additis aliqbꝰ leuibꝰ resoluti
uis fiat cura eius in augmēto. In statu uero
et decl'one remanet itentio ad abstergēdū et
mūdificādū ꝛ cōsolidādū ptes corrosas. Et h
fit cū emplastris supradictis ex farina hor
dei ꝛ frumēto. āt cū radice lily i quibꝰ ē ab
stersio ꝛ mūdificatio et aliqualis consolida
tio. Qd si in statu et declinatione dolor cor
rosiuus infestauerit pacientē. recurre ad ablu
tionem cum lacte et humectatione cum spon
gia ut supra dictum est. Nā ista omni tempo
re in fortitudine doloris conueniunt. Dix
Auic. cum resoluitur obtalmia calida a qua
cūq3 materia fit. et remanet caliditas idest
mala complexio calida scilicet cum aliqua re
liquia materie que eget resolutiōe fac empla
strum ex uitello oui assati et contriti cū cro
co et melle. qm̄ abstergit et resoluit illā mate
rie reliquiam. Et cōfert hoc. siue sit circa fi
nem declinationis siue ēt post totalē decl'onē.
si uero remaneret caliditas sine materia alte
retur cum aqua rosata et similibus.

Caᵐ ixᵐ de causa obtalmie frigide i spāli

Pro uero spāli obtalie a ma
terus fris fr̄atica ⁊ mēl
ca. dix. A. ē ut eūcē hūor ipse. s. cū
eo ꝙ cōuenit. s. uāc eūoni ⁊ ēt pti
cularī a capite ⁊ p diuersiua. s. cristeria ⁊ sup
positoria. Et qm̄ ē necessariū reiterare eūo
nē siue sit potio solutiua siue iiectio. i. cristē
siū gargarisma uel cap̄purgia. post eūones āt
dictas. dix. A. oꝫ ut sit inicium cure cum rep
cussiuis q̄ nō sūt infrigidantia ualde sed sint il
la in quibus est subtiliatio. sicut mirra ⁊ sar
cocolla. Dicūt per infrigidātia ualde itellexit
infridātia pura q̄ i materus frigidis nō cō
ueniūt ad repcutiēdū. eo ꝙ augerēt maliciam
qualitatis mē ⁊ redderēt eā fridiorē. Et iō
debēt cū eis misceri calida stiptica cū uirtute
subtiliatiua ⁊ resolutiua. Medicine āt fride
i hac mixtione ponūt. Et qꝛ i repellendo iu
uant i oī mā. ⁊ cum hoc debilitant attractōeꝫ
extingnendo etiam quēcūqꝫ calorem qui acq
situs fuerit in motu mē siue ex pmixtione alī
cuius portionis mē calide i mā. Et medicīe
calide stiptice ponūt i ipa mixtiōe qꝛ cū sti
pticitate repellūt ⁊ remittūt fritatē mē. ⁊ qꝛ
si quid de mā i particula adheserit sua grossi
tie uel uiscositate qua non possit repelli sub
tiliant incidunt ⁊ resoluunt. Et qꝛ iuuamenta
medicinarum dictaꝝ calidaꝝ supant iuuamē
ta dicta frigidaꝝ. iō i hac mixtioue calide de
bent supare frigidas. Et hoc maxime debet i
telligi post p̄ncipium iniciale. ⁊ ita apparet
cōsideranti in receptis auctorum ordinatis
obtalmie frigide in p̄ncipio. Dixi autē post
initiale p̄ncipiū. qꝛ si fortasse medicus uoca
retur in initiali p̄ncipio posset eq̄re calidas
cū frigidis. ymo ⁊ fortasse augere frigidas su
pra calidas cū sua recta extiatiōe i qualitate
mē ⁊ cōsideratōe i mō sbe ei⁹. Dix. A. si ad
mistraueris. s. i p̄ncipio colliriū de spica. s. il
lud qd̄ describit a mesue caplo de obtalia cū
aqs cōmēsuratis. s. in friditate erit cōuenīēs
⁊ dꝫ hec cōmensuratio cōferri p̄prie ad māꝫ
flegmaticam. Nam in melācolica auctores do
cent cōmensurationem fieri in humectando
materiam sicut docuit rasis in diuisionibus
euaporationem facere cum aqua calida deco
ctionis humectantium. ⁊ dicūt quidam si p̄
uenerit i p̄ncipio sufficiēs eūo pōt medic⁹ inci
pere a resolutiuis leuib⁹. Uñ ait Gal. 13°. tera
pētice p̄eūantes ⁊ p̄diuertētes deinceps loca
libus remedys curare oꝫ. non repercussiuis.
sed hys que euaporant infundentes i oculos
decoctionem fenugreci. p̄mitus tamen lauan
tes ipsum. ut nil lateat in eo arene uel pl̄ueris
Euaporatoriū enim intristanter est farmacū
hoc omnium maxime que oculis afferūt. Col
lirium bonū in p̄ncipio ē aqua rosata in qua
decocta sit folium idum aut folia cipressi. Et
confert in principio ⁊ augmēto obtalmie fri
gide sarcocolla siml̄ cum alys competentib⁹
medicinis mixta. Et competit etiam in statu
⁊ declinatione siml̄ cuꝫ resolutiuis mixta. Et
cū iceperit egritudo descendere ⁊ declinare.
dixit. A. adde in administratione resoluētiū
illud qd̄ sit forti⁹ qꝛ i decl̄one p̄digesta mā ⁊
miorata resoluētia itēsiora ꝯueniūt sic dix ipe
ē sarcocolla cū aqua fenugreci āt feniculi. sar
cocola tū. qꝛ ēt cōuenit in decl̄one obtalmie
calide melius ē ut in ea ipsa sit prius in la
cte mulieris nutrita ut reprimat eius calidi
tas ⁊ acuitas. Et ex ꝯueniētib⁹ i decl̄one
fride dixit. A. ē euaporatio ex aqua in qua
cocta sūt croc⁹ ⁊ mirta ⁊ alia silia. de quib⁹
uide a serap. in 7° et a mesue in p̄prio c°. Et
ex cōueiētib⁹ ē mellilotū cū semie lini coctū.
Aut cū uitello oui assato. Aut cū uino dulci
aut emplastrū factū ex mellilolo mucillagine
fenugreci ⁊ sapa. In fl̄ica tū obtalmia me
dicie debēt eē efficatiue plus. ⁊ in ml̄ica hūc
etatiue plus. Et debēt in utraqꝫ esse plus uel
minus calide scd̄m gradū fritatis mē. Et
colliriū de spica pōt ꝯpetere in tota cura fl̄i
ce p̄telatione cū diuersis dissolutū aquis fm
diuersa tēpora morbi cōneniētib⁹. v̄g. i p̄n°
dixit mesue si mā ē fl̄ica utere repercussiuis
nō pl̄ime ifrātionis sicut ē sief de spica cū su
co mirte ꝯfortate cū pauca spica. ⁊ i augmen
to ꝯpeteret cū aqua fenugreci uel mellilotī l̄
cū utraqꝫ addita modica mucillagine psily. ⁊
apropinquāte statu dixit mesue cum matura
tionis signa apparēt ꝯficiatur sief. cum spica
cū succo capparis s. folioꝝ eius in quib⁹ ē v̄
tus dissolutiua suple ⁊ similib⁹. Et dix. A.
si in tunicis pupille. i. oculi ñ fuerit nocu^m
scilꝫ aliud ab apostemate ut qꝛ nō sit in eo ul
ceratio facies alcofol ex aqua in qua bullita
sint crocus in calcadis ⁊ mel. Nam croc⁹ re
soluit et maturat et mel abstergit ⁊ desiccat ⁊
calcadis repercutit mām. qꝛ cum oīa ista tria
sunt calida nō cōpeteret in prin° nec ēt i p̄n°
augmēti sed in processu. Neqꝫ cōpeteret ubi
eēt ulceratio propter calcadis. Gul. posuit
colliriū qd̄ gentilis laudauit. et fit sic. ℞. sco
cole. ʒ. x. litu aloes. ana. ʒ. ii. spume maris cro
ci ana. ʒ. i. ⁊. ς. suci celidonie sicci ana. ʒ. iii.
terantur in alcofol. uel bulliant in uino albo
et aqua rosata et colletur. ⁊ liquidum ponit̄
in oculum et sb̄a eius grossa ponitur ab extra
supra oculum. Et posuit Aui. etiam alia aux^a
que proprie conueniunt in fine augmenti. ⁊
statu. ⁊ dixit ꝙ experta sūt folia alcherua con
tricta ⁊ mixta cum aceto posita supra oculū
aut bulliantur. in aqua mittatur in oculum.
Et intelligēs Auic. proprie in cura melanco
lice dixit. folia malue decocte in uino. s. non
pontico conueniunt. Et similiter confert se
men altee. decoctum in uino. Et conuenit
decoctio seminis malue et altee. et seminis li
ni et fenugreci in uino albo Et dixit Auic. i
flegmatica liniatur frons in princi° ex calca
dis. et proprie si materie cursus ad oculum
ē p uelamē extrisecū. ⁊ sil̄r dix ñ ē malū si ab
luat̄ facies ex aqua i qua dissoluit̄ calcadis i
dēe cursu mē. et dix si liniāt palpebre i p̄n°
ex tyriaca sulfure ⁊ arsēico. i. auripigmēto ē
bonū. uextū si q̄ris ex tyriaca ifriatōeꝫ et
ebetationē sensus debet esse noua. Si queris
esiccatōnē sit antiqua. Et dixit. in decl̄one ꝯ
fert colliriū rubeū linitiuū deinde rubeū ma
ius et colliriū alamingene. sed hoc non inuēi
tur scriptum. Et confert sarcocolla dissoluta
i succo folioꝝ capparis. Et ēplꝫ. ex folyi cap

paris solū. Et mesue posuit alcofol. auctorita te ysaac. de quo dix Sētilis ꝙ ē ꝯueniēs. yḣu baly c° de scabie posuit collīriū rubeū lene. ⁊ collīriū rubeū maius ponit̄ quito cañ. ⁊ poni tur qnto pratice hal. c° de obtalia tertie spēi.

Cpi^m. i3^m. de cura obtalmie magne ⁊ ue hemētis. s. guardengi noīate ⁊ de cura dolo ris ipsius oculi.

C Ura uero obtalmie uehemen tis siue guardengi siue rosery tertie spēi ꝫm serapionem. ⁊ hal. ⁊ ē illa i qua ꝯiūctiua super eminet cornee. ⁊ ē difficilioꝛ ceteris spēbus obtalie ē dixit hal. ꝙ oꝫ ꝑus cefalicam minu ere ⁊ educere sāguinē ꝫo ⁊ tertio ꝫm ꝙ oꝫ Et si opus ē sitia utere. s. cū scarificatiōe. ⁊ post flobotomū mirob. decoctione uētrē solue uel eoꝝ aqua i qua tamaridū ⁊ cassiā coxeris ꝓ ut opus ē. Et. A. dix. cura ei⁹ ē fl'oia ⁊ cūo et uentosatio. Et qñ3 necessariū est incidere ar teriam. s. timporis uel post aurem. ⁊ ꝯueniūt hec in guardengi calida ⁊ in frigida quanuis per amplius in calida. Dixit rasis secūdo ꝯti nētis auctoritate Sal. ⁊ ipse dix. dico inueni meliorem curam pexime obtalmie in qua cir cuitus maxillarum ⁊ palpebrarum inflantur. Et ad strābositatem oculoꝝ euenietem ex for ti inflatione ꝯiūctiue qꝛ hec tunica generatur extra cranciū ⁊ ꝯiūgitur membris exteriori bus eē minutionem ⁊ cacasationem ⁊ postea prouocationē somni Deinde facta euacuatiōe uniuersali ⁊ reiterata secundum ꝙ opꝫ. dixit Sal. octauo miemir ⁊ scribit̄ secūdo ꝯtinētis iuuāt sternutatōes uiolēte ⁊ acute patientes hanc obtalmiam peximam. Et instillationes i nares rerum trahentium multas humiditates sicut est sucus cucumeris asinini. Et dix Sa li. Cauendum est ne sief album aut minute ap ponatur oculis nisi puraato corpore ⁊ capite quia prohibent resolutionem ⁊ eorum uirtus non est tāta ꝙ possit ꝓhibē fluxū mē' multe. s3 eā sicut cetera repcussiua oculis apposita i o culis ꝯculcāt quare ex hoc distēdūt̄ tunice o culoꝝ forti distēsione ꝙ̄ cēt cā fortis doloris Et possibile ē ꝙ scindant̄ tunice ⁊ corrodan tur ex hoc ꝙ si euenerit distēsio fortis. Cura eius. dix Sal. ē ut pistet̄ uitell⁹oui cū pīguedi ne ursi donec fiat unguentū. ⁊ ex eo inungat̄ petia linea ⁊ supponat̄ oculis. Nam mitigat dolorem ipsa hora. Sed premissis euacuatio nibus corporis ⁊ capitis ⁊ diuersionibus. ꝯ ueniunt in principio repercussiua. sicut ē dix iohitius collirium rosatum album. Et hal. di xit medicaminibus utere que acumen sedent ⁊ calorem molliant. ut est albumen oui te nui maxīe si estas fuerit ⁊ calor ⁊ rubor loci supant. Quod si ibi nimiū ē acumen scis cito niorū spumā misce Et hoc singul' horis facī es bis uel ter. ⁊ oculū cū psily semine catapla sma percusso i tube aq̄ ⁊ portulace ⁊ q̄squere ⁊ sempiuiue ⁊ rosate cū modico aceti. ⁊ h us3 i tertiū fac diē. Et iohitius dix. si doloꝛ ē uiolēt⁹ misceāt̄ cum eis teste papaueris Sa recp āt secūdo cōtinentis. dix. non d3 colliri cari nisi 3° ul' 4° die. s. cum repcussiuis. Sed sufficiat instillare in oculos lac. Aui. aūt dix postq̄3 euacuaueris ex toto corpore et ex ue nis capitis oportebit ut administres sicut col lirīū albū de repercussiuis et sicut suci lētucu le frigidi Et subdit. qñq3 ē necessariū ut eis admisceas. s. sucis uel collirio albo ō nar coticis aliquid sicut ē collirīū albū cū opio.

In augmento aūt guardēgi dixit hal' ut g° corpus purgaueris ⁊ euacuaueris ⁊ ocl'3 flue re uidebis et gluctinari imitte i oculum colli rium albū siñ opio liquefactū i oui albumine et melle ⁊ lacte puelle. ⁊ cum fascia stringe. Et hoc ter aut quinquies facies mane ⁊ sero ⁊ istud ꝯueniret in ꝑn° augmēti. Nā in eius processu requiritur plus de resolutione. Et ideo Auic. dixit fac emplastrum ex croco et folys coriandri ⁊ melliloto et pane infuxo i rob. et uitello oui. Istud tamen non compete ret nisi in fine augmenti sicut in medio eius competit collirīū album cum croco dissolutū in lacte. Conuenit ēt alco fol citrinum. In sta tu uero et decl'one conferūt resolutiua in sta tu leuioꝛa in decl'one fortioꝛa. Et dix. A. que ēxperta sunt ex eis est uitellus oui cum adippe ursi de quo dictum est supra qō sedat dolorem in ipsa hora. Et ideo quādo doloꝛ ñ est fortis utendum est eo in statu et decl'one. Ueꝝ quocūq3 tempore dolor fortificaretur hoc approximādum erit. Dixit Auic. appona tur fronti medicamē constrictiuu3 ex litio ⁊ memithe suple et similibus. Et hoc maxime in prin° q̄3uis etiam in augmento et toto tem poꝛe fluxus materie. Dixit hal'. in pricipio statim. s. post fl'oia3 aquā granatoꝝ ꝓpina et succ⁹uiol'. et iuleb et tamaridi aquā cū modi co semiue portulace et seminis psily mucilla gine. Ista eni3 sumūt̄ ad īfrāndū ⁊ īgrossādū ⁊ sic prohibēdū l' miorādu3 fluxū. Et ō ponē dis sup fronte. dix raꝫ ꝫo ꝯtinētis est spōgia madefacta i aceto ⁊ succo folioꝝ uitis ⁊ rubi et cotanoꝝ s3 ñ ponat̄ in ocl'o. s3 supra ipsū. ⁊ sit actu frigida et mutet̄ oi hora. Et de ponē dis i ꝓcessu supra ocl'm ē uitellus oui oleum rosatu3 et uinū. Et i decl'one ōcoctio mellilo ti et fenugreci. Et si destēsio fortis fuerit po nāt̄ stiptica ⁊ narcotica frōti. s3 ñ supra pal pebrā. Emplastrū alesegefē. i. cū quo tigūt̄ co ria qō fit sicut dix musayas ō baldach. qñ ō coquit̄ sūmach. s. coꝛarioꝝ i aq̄ donec nigre scat. ⁊ postea supīmitit̄ de albumie ē optimū repcussiuū ut idē musaydas dixit. S3. A. miscuit ipsu3 cū melle forte ad remouēdū ni miā asperitate3 ei⁹. Dixit Auic. quidā ut oribasius ut pōit̄ ꝫo ꝯtinētis et similiter sa rec ut supra diligūt ut administrent̄ cure ex trinsece. s. premissis euōnib⁹ ⁊ diuersionib⁹. Et uolūt ꝙ sufficiat distillatio lactis i ocl'm tribus diebus si dispositio illud tollerauit qꝛ lac lauat et leuiter repercutit et mitigat do lorem. Et dixit illi qui alcofol idest me dicinas oculoꝛum administrant qui sunt in guardengi ad dolorem ulceratiuum idest quā do sunt cum ea alique pustule ulcerose ut fa ciunt medicinam ex sercocola et croco sief memithe et opio. Et hoc idem ponitur secun do continentis et dicitur ibi i pueris. q̄3uis ēt

ĩ alys etatib⁹ ꝯueniat. ⁊ ꝑdicta sũt ĩ guardẽgi calida. De frĩa ãt dixit. A. si fuerit guardẽgi post obtalmiã grossã fridã. ⁊ merito dix sic. qꝛ raro est ꝙ guardengi frigida fiat incipiendo. sed ut plurimum sequitur non per transeũtem terminum obtalmiam purgabis necessario cum yeris scilicet magnis. uel etiam quãdoꝫ cum paruis ⁊ hoc secũdũ dispõnẽ corpis ⁊ hũoris. Et qꝛ ista mã tã rõne sue multe q̃ꝫtitatis ac etiã ratõne sue grossitiei ⁊ uiscositatis non est repellibilis ut supra. Ideo Auic. ĩ pn° incipit a lenitiuis maturatiuis ⁊ desiccatiuis. ⁊ ꝓprie cũ eis q̃ aliqualr̃ fluxũ refrenãt sicut ẽ decoctio caulis. sunt. n. in caule ut pꝫ ꝑo cañ suo c° oẽs predicte uirtutes. Sed oꝫ p^a aqua decoctionis caulis ꝓiecta accipi secunda. nisi qñ quereretur magna abstersio. Nam tunc prima aqua conferret. quia in ea remanet nitrositas caulis abstersiua. Et uoluit Aui. ꝙ cum suco uel decoctione caulium administrentur mucilagines lenificantes frigide ut seminis citoniorum ⁊ psily. ⁊ hoc non ĩ omni guardengi frigida. sed in ea in qua aliq̃ mã calida frigide misceretur que mã calida posset repercuti. uel ẽt in ea ĩ qua mã frida ꝑ putrefactionẽ aliquã recepit caliditatem extraneam. Et deĩde in augmẽto põt fieri additio ĩ resolutis ⁊ ĩ statu ⁊ decliatõe magis ita ꝙ dixit. A. qñꝫ erit tibi necessarium admiscere mirram ⁊ sarcocollã. In obtalmia autem uentosa dixit. A. curabitur cum embrocis uaporationibus cum balneis scilicet uniuersalibus ⁊ particularibus resolutiuis. ⁊ euaporatio cum milys dixit ipse est iuuantior euaporationũ q̃ fiũt ei. ⁊ sũt uerba Gali. 12° terapẽtice ubi dix. oculorũ dolores ꝑ sp̃m uẽtosũ fientes mitigare oꝫ fomẽtationẽ q̃ ꝑ miliũ. qꝛ leuissimũ ẽ oĩum ⁊ desiccatissimũ. ⁊ itristes ⁊ ĩmordaces effuxiones hꝫ. Scias tñ ꝙ cũ uẽtositate est aliqua mã humoralis siue ĩ corpore. siue in capite uel in oculo. oportet ut ante euaporationem cum milio premittatur eũo illius materie. Dixit enim Ezaranius. qñ fuerit obtalmia ex cã uentositatis consideretur primo de plenitudine humorali. Et si adest fiat eũo illi⁹. Aliter. n. euaporatio cũ milio ñ ꝯferret sꝫ nocẽt qꝛ nõ absoluit miliũ ꝑ sui siccitatẽ ab aliqua mordicatiõe q̃ posset exagitare mãm. Et iõ dix. A. quarta p̃mi euaporatõ ẽ ex medicamib⁹ uẽtositatũ. Et ex eis melior ẽ cũ qua ẽ illud qd̃ exicat. sicut miliũ nisi uentositas ĩ mẽbro fuerit qd̃ miliũ tollerare non ualet sicut oculus. tunc autem ipsum tollerare non ualet qñ est in eo cum uentositate mã humoralis. in quo casu oꝫ ut euaporatio fiat cum pannis calidis aut cum spongia ĩfusa in decoctione mellilotí florum camomille ⁊ fẽugrec. seu seminis feniculi. ⁊ quidem in obtalmia uentosa non oꝫ ut approximentur oculo frida uel stiptica oĩo inq̃ꝫtum possibile fuerit Colliriũ utile quando cũ uẽtositate fuerit mã frida. ℞. aquã eufragie rute feniculi cãomille celidonie ⁊ berbene an. ⁊ misceant̃ cũ zucaro ⁊ fiat cũ eis euaporatõ ⁊ ẽt ponatur ex eis ĩ oculo. Aut fiat cum suco feniculi maiorane ⁊ rute in quo sit aliquid croci ⁊ mirre.

Et maxime conuenit hoc ĩ uentositate grosa⁹ in qua sentit paciẽs. quãdo excitatur a sõpno. ac si esset arena ãt terra in oculis suis.

Dixit Auic. cũ prolũgatur obtalmia. s. factis remedys supra dictis. tũc administrentur sief in quibus ponũtur es ustũ ⁊ attramẽtum ustuꝫ qꝛ in eis ẽ uirtus desiccatiua fortis cũ acuitate et mordicatione. ꝯiunctis tñ cum stipticitate. Et ideo conueniunt qñ ĩ loco remãserit aliqua materia grossa mala que sit cã perdurationis obtalmie. qꝛ dicte medicie cã cũ acuitate sua subtiliãt et cũ forti esiccatione consumũt. et cũ sui stipticitate resistũt fluxibus si qui propter ipsarum acuitatẽ pati essent fieri. Talis aũt materia in oculis remanet proter malã ꝯplexionẽ eorũ qua malignatur reliquia mẽ. que postea ut dixit. A. ẽ corrũpẽs nutrimẽtum adueniẽs ei quare eget resolui et ꝯsumi. qñꝫ enim dixit raꝭ 2° ꝯtinẽtis. post incisionẽ arteriarũ. suple. ⁊ aliarum curarũ. ita ut nulla uideatur uia cursus materie ad ocl'm adhuc multiplicatur reuma in ocl'o qd̃ ẽ proter malã ꝯpl'onẽ fixã in oculo que corrũpit nutrimẽtũ ei⁹. Et subdit. A. in dicto casu qñꝫ suffic̃ facere alcofol. ex aloe solo. qꝛ in eo ẽ uirtus desiccatiua et resolutíua cõiũcta stipticitati. uerũ ẽ remissior q̃ꝫ in predictis. ⁊ iõ sufficit qñ mã nõ est mltũ deprauata nec multũ resolutioni rebellis. Et qdam lauãt aloen. qñ querũt ex eo ꝯfortatões maiorem et lauant eũ cũ sucis calidis ul' frigidis. scd̃m exigẽtiã dispositionis. uerũ cũ q̃ritur maior resolutio et esiccatio nõ dꝫ lauari. Et de medicinis cõueniẽtibus in obtalmia prolongata ẽ tucia. est tamen debilior ere usto et attrimento usto multũ. et ẽ ẽt debilior aloe. ita ut possit dici ab ea fore icipiendũ. ꝺ inde deueniẽdũ ad aloen qd̃ tenet quasi medium inter ipsam ⁊ es et attramẽtum usta. Uñ dixit Aui. confuge. s. in primis ad aliquid ꝙ sit sicut tucia abluta permixta cũ lenitiuis sicut cerusa et climia auri oblata et amillo et pauco gũmi. s. arabico. In hoc enim medicamĩe tucia ẽ basis. melius tamẽ ẽ ut prius lauetur. climia aũt auri ẽ quasi eiusdẽ uirtutis cũ ea Et ẽ coadiuatrix basis. Cerusa ãt ponitur qꝛ uiscosa et glutinosa. ⁊ iuuat in retẽtione. et adhesione tucie et climie. Et in remissione acuitatis et mordicationis cap. Et cum sua siccitate coadiuuat illas in desicatiõe mẽ. Amilũ uero et gũmi ponũtur ad leniendũ. nõ posuit aũt dosim dictaꝝ medicinaꝝ. qꝛ cũ sit uariabilis scd̃m uarias itẽtiones dereliquit hec in bona extimatione medici. Si. n. q̃rit̃ a medico lenitõ ocl'i ⁊ acuitatis reissio. tũc cerusa lauari dꝫ. Dix. n. raꝭ ꝑo ꝯtinẽtis ꝙ ipa habet supfluitatem aliquam aceti scilicet per quam mordicat oculum Et ideo dixit. bona est in medicinis oculorum ablutio eius quia per eam tollitur illa mordicatio et diminuat̃ dosꝭ tucie et climie Amili uero et gũmi addatur. Et ab isto modo compositionis eius est incipiendum. Si uero queritur a medico maior esiccatio fiat ꝯpositio earum econuerso

Qd̃ si obtalmia inueterata fuerit et esic

cata cuius signa sūt. qr a lōgo tpꝛe oculi sunt
sicci extenuati ⁊ rubei. ⁊ iuuat eā pot⁹uini al
bi linfati. Et īterdū pot⁹uini puri ut dormi
at patiēs lōgo tpe qm̄ iuuat. Dixit raſ ſo cō
tinentis. inueni in obtalmia ueteri ⁊ sicca. qr
iuuat implere bacile aqua calida ⁊ ponere o
culos desuper ad recipiendum uaporē eius.

Et post infrigidationem eius reiteretur
alia aqua calida usqȝ quo facies inflammetur
⁊ sentiat eam calefactam ut ignis. deinde istil
landum ē in oculis lac nouiter mulsū. Cu
ra uero obtalmie reumatice ē dixit Archige
genes ut scribitur ſo ꝯtinentis maioris iuua
menti ī pncipio minuere cibū ⁊ potū. ⁊ nō bi
bere aquā fridā ⁊ dittere uinū ⁊ coytū ⁊ idu
cere fluxū uētris ⁊ abluere faciem cum aqua
frigida. Et deinde cum aqua ⁊ aceto. ⁊ caue
at odorare odorifera calida. ⁊ ab esu acetoso
rum ⁊ salsorum. ⁊ a fumo luce solis ⁊ lucerne
Et debet poni super oculis de nocte lana ma
defacta in uino stiptico. Et si non mitigatur
bus'dolor fiat minutio ⁊ abstineat̄ a ꝯmestio
ne ⁊ patiat̄ sitim nisi patiat̄ forte cauma. Et
purget̄ uenter cum medicina uiolenta uel cuȝ
cristeri uiolento. ⁊ debent poni supra frontē
emplastra stiptica. Et dixit rasis ibideȝ. que
prohibent reuma sunt farina thuris ⁊ mirre
mixta cum albumine oui ⁊ posita supra fron
tem. Et dixit contra fluxum m'te materie po
natur supre frontem. emplastrum factum de
mentastro ⁊ aceto ⁊ ligetur suauiter. Et dix
ad prohibitionem reumatis. pistentur conc
le cum testis suis usqȝquo efficiantur ut ui
scus. Et ungantur eis timpora ⁊ frons ⁊ di
tātur usquequo per se cadant. ⁊ non cadant
nisi in fine liberationis egritudinis ⁊ ungā
tur frnos ⁊ timpora de unguento desiccati
uo cum aceto. Dixit paulus. si materia est spis
sa ⁊ non est fortis caliditatis utendum ē me
dicinis habentibus uirtutē subtiliandi ⁊ dis
soluendi post euacuationem totius corporis.
Et si materia est multum humida oculta ī ca
pite cauterizet̄ patiens in capite ⁊ ponantur
sanguisuce ex parte rei dolentis. Et si obtal
mia non est uiolenta ⁊ uis expellē reuma col
liriza cū solo aloe. qr ē medicina expta huic e
gritudini. ⁊ tyriaca distēpata cū aqua ⁊ illini
ta fronti ꝯfert corize frigide fluēti ad ocl'os
⁊ bibita ēt satis iuuat. Et emplastra desicca
tiua super frontem ⁊ timpora iuuant influen
te abextra craneum ⁊ ligare capud cum bin
da. Dixit rasis secundo continentis. dico cuȝ
patiens obtalmiam non curatur ⁊ obtalmia
assiduatur in oculis. ⁊ seruauerit dietam ⁊ ru
bedo ⁊ fluxus non cessauerint. ⁊ minutō ⁊ uē
tris fluxus non profuerint significat̄ ꝙ egri
tudo ē ppꝛie ī tunicis oculi que mutat ⁊ con
uertit bonas curas in malas. ⁊ cura hui⁹sunt
inunctiones facte cum tucia abluta amido ⁊
cerusa ⁊ pulueribus earum. quia desiccāt ma
las humiditates paulatim usqȝ ad consumptō
nem. ⁊ huic egritudini non est alia cura. Dix
rasis secūdo cōtinētis. qn̄ patiens obtalmiaȝ
sentit arsurā in palpebris curetur cum albu̅ie
oui ⁊ lacte mixtis ⁊ ꝯcussis ⁊ appositis cū bō
bace supra locū p totam noctem. Nam hoc di

gerit obtalmiā. ⁊ ponatur hoc in obtalmia
sicca difficilis digestionis et similibus ei. et
melius ē emplare cū endiuia et oleo roſ. ⁊ su
co portula. Contra arsurā oculoꝝ. ℞. litar
giri aloes epatici et masticis puluerizatoꝝ.
ana. Et confice cum succo timiaꝝ rubi absin
tij et aqua rosata. Et si uis hoc unguentū hū
dum ꝯseruare adde de oleo roſ. Dixit. y.
6° epedimiaruȝ et ponitur ſo ꝯtinētis. obtal
mia que est cū uēis oculorū rubeis ⁊ ē sicca
et accidit tēpore defectus pluuie. eius cura ē
balneū potus uini et usus humidoꝝ cum cali
ditate tēpata. Et dixit raſ. ibidē cū calor
⁊ rubor preualēt multuȝ in ocl'is ⁊ paciens
sentit sicut si radices ocl'oꝝ trahātur fiat ī
uncto tiporum. ⁊ illaquiētur uene que sunt
post aures. Auctores in cura obtalmie ma
xime intēdūt ad lippitudinē que generatur ⁊
ad intensionē doloris. De intentiōe ad lip
pitudinē dixit Aui. oȝ ꝙ oculus assidue mū
dificetur a leppitudine qr si non remouetur
ꝓhibet aliā superuenietem ab extra. ⁊ inui
scat palpebras et tenēt eas ꝯglutinatas ad in
uicē unde prohibetur uapoꝝ et materie trā
piratio. unde fit additio in dolore. In lippi
tudinis aūt amotione dixit Aui. ē doloris al
leuiatio. Dixit tamen phylaretus. terge lip
pitudinē suauiter. Dixit raſ ſo ꝯtinentis in
obtalmia. mūdificetur lippitudo cum bōbace
posita supra capud rad u madefacta in aqua
calida. Dixit Aui. mūdificetur a lippitudine
cum lacte distilato in ipsum. ⁊ laua ipsum cū
albumine oui Et si tactus fuerit neccius ad
remotionē lippitudis. ut qr sit m'ta ⁊ m'tū ī
uiscata. tunc fiat cum facilitate. dȝ aūt ocl'us
q̄ȝ rari⁹ ⁊ q̄ȝ minus fieri poterit tangī unde
dixit raſ. ubi supra. eleuatio palpebraꝝ freq̄n
ter facta dolorē īducit quāuis lac et albumen
oui in remotione lippitudis ꝯueīant. ipsa tn̄
ī oculis posita ēt ī quādā sordiciē lippitudi
ni similē conuertūt̄ que postea ēt abstersiōe
indiget. ideoqȝ meli⁹cū aqua calida absterge̅
ꝟ solo coto sin̄ aqua Dix yhubali. oȝ ad mū
dificationē ⁊ abstersionē ab ocl'o semp ut in
uoluas super stillū subtile cotū et mūda cū co

Si aūt materia obtalmie ⁊ lippitudis fue
rit m'ta uiscosa fiat abstersio cū aqua mellis
ul' cū aqua zucari. Dicūt quidā. ī mā calida
in principio apparitionis lippitudinis fiat
mundificatio cum coto infuxo in albumi
ne oui et aqua rosata. ⁊ si queritur adiutori
um in maturatione infundatur cotum in ali
qua decoctione maturatiua ipsius materie.

In fine aūt abstersio fiat cum coto solo.
tunc enim queritur esicatio. In hys autem ī
quibus multiplicatur lippitudo absȝ obtal̄
fiat ablutio oculorum et faciei in nocte se
mel uel bis cum aqua frigida et aceto. Et
ponatur in oculis sicf aliquid desicatiuum
sine punctione. De sedando aūt dolorem
dixit Mesue. hec complent administratio
nem medicinarum dolorem et punctionem
et mordicationem suple et extensionem se
dantium qualia sunt proprie medicine sedia
tiue secundum ꝙ exigit dispō. Generaliter
tamen dolores oculorum curāt̄ sicut dix. y.

6°. affo. i affo. oculoꝝ dolores meri potio aut lauacrū aut ꝑpina aut farmatia aut flōta sol uit Dix mesue ꝙ itellexerūt posteriores ꝙ ui ni potatio ꝯfert flˀaticis dolorib⁹ ⁊ balneatio colericis ⁊ mlˀcis. ⁊ flobotomia sanguineis lˀ si humores equaliter cū sāgnine crescat ⁊ au gmētēt. ⁊ eūo p uentrem ꝯfert colericis flˀi sis ⁊ mlˀicis. Et dixit eadē sup hoc scruptini um. fm sapiaꝫ ē thesaur⁹ operatōis. qm̄ uini potatio ꝯfert flegmaticis dūmō maturatio. ⁊ eūo p̄cesserit iterata. qm̄ agitatōis hūoꝝ a uio suspicio tollit sublata multitudine. Et dixit. balneationis impressio similiter omnib⁹ ocu lorum dolorib⁹ ꝯfert ēt post debitas euacua tiones. resoluit. n. ⁊ habilitat residuum mate rie. ⁊ proprie adherentis ⁊ difficilis. Alias āt dilatat materiam ⁊ euertit ex partibus ali is ad locum doloris ⁊ multiplicat fluxum. Di xit Gal. in ꝯmēto dicti affo. ⁊ scribit sic secū do continentis. Cuꝫ mouetur obtalmia flobo tometur ⁊ eūet patiēs. si signa replōnis ⁊ ma litie humoris appent. s. āt fiat calefactio cum spongia infuxa in aqua calida. ⁊ si mitigatur ⁊ non mouetur dolor eius hec erit cura eius Et si mōetur attēde utrum sit ex repletōne lˀ malitia humoris ⁊ flobotometur ⁊ euacuetur Et si hoc non est aut forte sit facta purgatio ⁊ minutio intret balneum. quia tunc ualet con tra hūores qui spargunt ad oculos cum non adest resolutio rei post purgationem ⁊ minu tionem. ⁊ furor sanguinis ⁊ acuitas eius etiā cessat. Et inuenis ꝙ morbus ⁊ uiolentia san guinis est mittigata ⁊ transiuit ⁊ non augmen tatur ueloci augmēto. Sꝫ si talˀ ordo nō serua tur balneum ⁊ uinum sūt maioris piculi. ⁊ ma xime si corpus non fuerit euacuatum. Rōna bile. n. est nō itrare balneū nec potare uinum nisi post minutionē ⁊ eūationē ⁊ mioratiōem cibi ⁊ mitigationē furiositatis obtalie. ⁊ post minutionem ⁊ euacuationem fiat calefactio. ⁊ emulsio lactis in oculo ⁊ hec ē calefactio sua ⁊ ablutio humiditatis acute. Et si non suffi cit fiat balneum secundum ordinem quem di ximus. Et dixit. cum apostema est bene dige stum ⁊ corpus mūdificatū balneū ē iuuatiuum ualde. qꝛ dolorē mitigat ipsa hora ⁊ facit ces sarē fluxū materie ad oculos. qꝛ maior pars nocuit mē. cū fūitur per balneum ⁊ residuum reducitur ad temperamentū hūitate balnei. Et dixit. cum dolor est leuis calefac oculum cum spongia semel aut bis. Et si est fortis ca lefac pluries ⁊ maxime in diebus longis scili cet estatis. Quod si capud ⁊ cerebrum fuerit mundum in dolore oculorum. dixit Auicena. dā in potu post cibum per aliquas horas ali quid uini puri datum post cibum ut magis e uaporet ad capud ⁊ datur aliquid scilicet pa rum ne cibum inflammet ⁊ datur purū ut ma gis resoluat. Nam dixit ipse. balneum post ip sum cum aqua calida scilicet uaporatio facta ad oculuꝫ post ipsuꝫ scilicet uini potuꝫ. lˀ post ipsuꝫ scilicet balneuꝫ uniuersale ad totū cor⁹ de quo supra dixerat. post quod iuuat balneū particulare uel post ipsuꝫ scilicet uinuꝫ balne um ⁊ uaporatio sūt iuuatiua. Nō ut illa dictō post dicat ordinem. sed quasi dixerit. uinū est iuuatiuū et balneum et uaporatio sūt iuua tiua Dixit archigenes. de mitigātib⁹ dolo rem oclˀoꝝ est decotio mellilotí mixta cū rob de uuis bene cocto. ⁊ petra calefacta infuxa in aceto oculis superposita. Et uitellus oui decoctus in aqua cū oleo rosato mixtus ocu lo superposit⁹ dolorem mitigat. ⁊ decoctio mellilotí ⁊ fenugreci ē sedatiuū doloris forte Et decoctō ēt solius fenugreci. ꝙ si in aliq° casu timeatur de caliditate eius misceat cū eo mucillago seminis citonioꝝ ē enī utile ual de Dix raf. 2° ꝯtinētis. aqua fenugreci sic fit. spargatur super fenugrecū aqua et dimit tatur sic per mediū diē deinde remoueatur hˀ aqua ⁊ superponat alia ⁊ silˀr fiat. Et hoc fit ut omnis puluis ⁊ oīs imūdi^a ab eo tollatur deinde cū uigecuplo aque coquat usqꝫ ad me dietatē ⁊ coletur. deīde sumatur colatū ⁊ po natur in eo croci ꝯtriti uigesima pars aque eius. ⁊ ex ea instilletur in oculis. ⁊ sic utilˀr ꝯfert doloribus oclˀoꝝ qn̄ nō sūt ab humore calido. 2° ꝯtinētis ad dolorē fortē oclˀoꝝ. R. uitellū oui elissi oleū rosˀ crocū ⁊ amomū ⁊ ap pone oculis. et ualet lac mulieris cui admix tus sit crocus. Si autē dolor fuerit ex hu more calido caseus de lacte pecudis recēs plu ries in aqua frigida lotus ⁊ tandē cum albu mine oui corporatus superposit⁹ oclˀis sā guie calido grauatus mire prodest. Et accell⁹ rosˀ siccis plenus bullitus ī aqua et expressus superpositis dolorem sedat et inflationē tol lit. Dixit Auic. cū dolor fit fortis infunda tur. s. bōbax uel pān⁹ ī preputys nuc. i. ī succo extremitatū tenerarum uitis uel coriboꝝ ei⁹ deinde ꝯteratur. i. ꝯquassetur pānus ipse cuꝫ uitello oui ⁊ superponātur oclˀo. qꝛ sedat do lorem per frigiditatē illius succi et lenitatem uitelli et teste papaueris cocte cū uino dulci superposite utiles sūt. Dixit zoar. in egritudi nibus uiolentis oculoꝝ et multe caliditatis ē frequenter renouēdum medicamē oculo. Et dixit medicine uiolente. s. maxime ille que cū narcoticis ꝯponātur debēt raro et cuꝫ multi spacy intermissione iponi In sedatione au tem doloris oculorum cum narcoticis oꝫ at tendere. quoniā fugienda sunt narcotica qꝫtū possibile fuerit. Et si aliā necessaria sūt incipi endum ē a lenioribus. que habeāt dixit mesue parum narcocitatis et sint repressa. sicut pro prie est mucillago psily cum aqua papaueris aut succo pomorum. Et sicut mandragora aut solatrum aut lactuca. et similiter mucilla go seminis citonicorum cum aliquo predi ctorum. Et mucillago fenugreci et aqua melli loti aut aneti cum aliquo ex eis scilicet man dragora solatre et lactuca. Et ex eis est em plastrum factum ex uitello oui elissi et pa rum opii et parum croci cum uino. Dix Mesue emplastrum altobaly. Recipe succi lactuce suci pomorum mandragore et pre uectis. ana. partem. i. albuginis ouorum partis. ij. conquassentur et utere cum cocto ad dolorem uehementem est enim bonū ⁊ ex pertum. Dixit Auic. quādoqꝫ doloris ue hementia facit necessariū stupefacientiuꝫ ad bibitionē. sicut suci pomoꝝ mandragore lac

facit necessarium stupefacientium adhibitio
nem. sicut suci pomorum mandragore lactu
ce ⁊ papaueris ⁊ aliquãtulo aque summach.
Expelle tñ stupefaciẽtia ꝙ̃tũ potes. Quod si
aliqd hoꝝ admistras ꝑꝑ necessitatẽ admistra
tpm ẜm cautelã. Et si possibile ẽ tibi ut sis ꝯ
tent⁹ albugine oui ꝯquassato cũ aqua ĩ qua pa
pauer sit decoctus fac. Et fortasse erit necessa
riũ ut ponas cum eis fenugrecum ut iuuet ad
sedandum dolorem ex parte resolutõis ⁊ re
soluat ⁊ remoueat nocumentum stupefactõis
quod plurimum facit cum stupefacientia non
sunt fortia. de quibus fortibus dixit Galien⁹
ĩ ꝯmẽto supradicti affo. oculoꝝ dolores. ego
ista medicamia narcotica nũq̃ȝ laudaui. Alio
.n. mõ utendũ ẽ narcoticis fortib⁹ ad itẽtõem
ꝓmã eoꝝ q̃ ẽ solũ stupefacere. mlta .n. nocum̃
ta faciũt. Nã spm uisibilẽ igrossãt tũicas ocu
lorũ ispissãt ⁊ idurãt mãm i eis ꝯtẽtã ingros
sant ⁊ figũt. uñ mãm ingrossãdo ⁊ uirtutem ð
bilitando morbum prolongant ⁊ maxie si mul
tiplicẽtur. Ait .n. ybu hali. Nõ multiplicentur
qꝛ retardant statũ ⁊ maturationẽ. Et dix Ga
li. i ꝯmẽto dicti affo. ꝙ si adeo collíria. s. opia
ta fortia sint dolorẽ rẽouẽtia. spui tñ uisibi
li nocẽt ita ut post sãitatẽ apatis ⁊ doloris
uirtus uisiua deficiat ⁊ grossities ⁊ durities
i pãnicul' oclorũ supersit. Et dixit tertio de i
genio sanitatis. quidã ex hiis passi sũt caligi
nẽ ⁊ uisus defectionem. ⁊ non post multũ tps
karacteria effecti sunt. dixit Auice. secundo
cañ c° de opio. plures antiquorum nõ fuerũt
usi opio in obtalmia ꝑꝑ nocumẽtũ qð uisui i
fert. Coacte tñ utimur eis ꝓdoloris uehemẽ
tia ꝑ quã timetur aut de dissolutõe ꝟtutis ãt
de supuentu alicuius magni mali i cẽbro. Aut
de apostematis ipsius oculi maxima dilatatõ
ne ⁊ disruptõe tunicaꝝ eius. ꝑꝑ q̃ nocumenta
uel ipsoꝝ alteꝝ ꝑeligit morbũ prolongari. ãt
ẽt uisum debilitari ꝙ̃ȝ illa prouenire acciden
tia uel alterum eorum. Ipsorũ autem nocum̃
tum minus est in materia colerica ut iaȝ i plu
ribus locis patuit. Tempus tamen morbi in
quo magis nocerent ẽ decli° Nã in ea nullam
uidetur habere utilitatem neqȝ necessitatem.
deinde i augm̃to quoad digõnẽ mẽ. deide in
statu sil'r quoad mẽ digõnẽ In ꝓn°. ãt quo ad
digõnẽ mẽ. qꝛ i eo ẽ stat⁹ quoad accñtia mi
nus nocẽt. maxie tñ cogimur uti eis i duob⁹
cãib⁹ i quib⁹ dolor maxie fit fortis. Dix Gal.
iz°. terapeutice ⁊ ponit ẜo continentis. dolor
fortis accit i ocul' aut ex hũore pũgitiuo sp
so in eis corrodẽte tunicas eoꝝ aut ex multi
tudine hũoris distendẽte eas suple aut ex uẽ
tositate nimia extendente. Dixit gentilis se ui
disse hominem qui incurrit quandam rubedi
nem in oculo propter guttas sudoris que in o-
culum intrauerunt ⁊ in una hora incurrit in
obtalmiam magnam ualde q̃ tandeȝ perduxit
ad rupturam cornee In approximatione ta
men narcoticorum specialiter fortium debet
medicus habere tres cautelas. unam ex parte
medicine ut incipiat a leniori ut a papauere
uel si incipit a forti utatur eo represso quan
tum possibile ẽ. ⁊ uinũ quidẽ ⁊ decoctio fenu
greci rẽouẽt de malitia narcoticoꝝ. ⁊ cũ h̄ iu

uant in sedando doloreȝ materiã ipsũ facien
tẽ resoluẽdo. ⁊ oȝ ut non detur medicina nar
cotica fortis nisi sit fermẽtata. Dixit eiȝ Gal'.
iz°. terapẽtice ꝙ omnia hec sunt meliora p⁹
ãnũ. Et mesue dix ꝙ dare ea antiquiora est
minoris nocumẽti. ⁊ oȝ ut detur in minori
dosi. Scðam autẽ cautelã debet sũmere ex pte
corporis cui approximãt. Dix enim mesue si
dantur interius cor⁹ sit in uirtute forte ⁊ sil'r
oculi eius sint fortes. Nã in hõib⁹ debilium
oculoꝝ de ipsoꝝ suspitõne timetur mortifica
tio naturalis caloris eoꝝ. unde 3° de ingenio
sanitatis dixit Gal'. quidã ex usu narcotico
rũ peruenerũt ad ptisiȝ oculi. i. ꝯsũptõnẽ per
uiam defectus caloris naturalis. Et dixit
mesue caueas ne dederis corporib⁹ ipuris. s.
⁊ multũ repletis maxie circa capud ⁊ oculos
Tertiã uero sũmere dȝ ex parte admistratio
nis ⁊ usus eoꝝ. prio ex parte hore sumẽdi ea
Dixit mesue ꝙ tpre sõni debẽt dari. qꝛ eo tẽ
pore citi⁹ ⁊ meli⁹ ꝓuocatur somn⁹ unde ⁊ me
li⁹ sedatur dolor. Scðo ex mõ ꝓcessus su
mendi. nõ enim ðbent diu cõtinuari. unde 2°
ꝯtinẽtis ait ras. nõ nimis assiduet⁹ usus eoꝝ
qꝛ reddũt mor^m fixũ ⁊ debilitãt uisum. Qð
si queritur per narcotica sola stupefactio et
doloris sedatio uici⁹ ẽ ipsoꝝ per int⁹ acceptio
ꝙ̃ȝ eoꝝ exteri⁹ applicatio. qꝛ ut sic sõnum faci
unt dolorem sedãt ⁊ nõ sic oclo nocent. Et h̄
intelligatur nisi ab intus sũptione eoꝝ prohi
beret alicui⁹ interioris mẽbri nobilis dispõ.
Nã in tali casu uici⁹ exterius applicãtur sic
min⁹ malũ ẽ ocl'm ledere ꝙ̃ȝ aliqð itrinsecum
mẽbꝝ nobile. Dixit ras. 2° ꝯtinẽtis. qñ
medicine narcotice approximãtur ocl'is pa
tiẽtibus ãpa de mã multa. ita ꝙ nõ possũt nar
cotizare oculũ nec dolorẽ sedare tũc melius
est ẽt ab eis desistere. Nam si approximan
tur intãtum ꝙ possit narcotizare in tali cãu
nocebũt neccessario uirtuti uisibili usqȝ adeo
ꝙ post mittigationẽ doloris patiẽs aut care
bit uisu oio. aut uisus erit ualde debilis. Et
cũ hoc accidit duricies dura tunicaꝝ inflata
que curatur difficulter. Si tñ ꝑ administra
tionem narcoticoꝝ queritur alia utilitas ocu
lis. ⁊ nõ stupefactio. tũc meli⁹ applicãt ocl'o.
Et adhuc si ꝑꝑ stupefacẽ exterius hẽant ap
plicari ⁊ mã sit calida subtil' tũc pñt ocl'is ap
plicari. Si aũt mã sit grossa multe ꝙ̃titatis
ãt remisse caliditatis tũc dixit ras 2° ꝯtinẽtis
põant narcotica suꝑ frontẽ ⁊ tiporib⁹ ⁊ ñ su
per ocl'o. Et scias ꝙ medicie i quib⁹ ponitur
parum de medicis nercoticis possũt regl'ari
ter admistrari i egritudib⁹ ocl'oꝝ ⁊ ẽt alioꝝ
mẽbroꝝ ñ ut stupefaciãt ȝ ut al' afferãt utilita
tes. Iste tñ medicie nõ ꝓpe debẽt uocari nar
cotice. s. qꝛ ñ narcotizãt lȝ sic possint uocari
iquãtũ medicias recipiũt nercoticas. Dix
Gal'. 3° ð igenio sanitati. sdolores oculoꝝ ꝙ̃ȝ
plures medici curare nesciũt nisi cũ medicis
i quib⁹ ẽ opiũ mãdragora iusquiam⁹ et silia
q'orum nocumentum non est modicũ. qꝛ do
lor ꝑꝑ operationẽ eorum in oculis mitigat⁹
nõ est nisi quia sensus i eorũ põne mortifi
catur. uñ uisus multorum nullaten⁹ in ꝓstinã
sanitatem potuit reuocari. quidã uero passi
sũt caligiñẽ ⁊ uisus defectionem ⁊ post no

mliū tpe caracterici facti sūt. Alii ho passio nē que dicitur emidrasis.i.declinationem uisus passi sūt.⁊ nōnlli defectū ocl'orum ⁊ angustiā pupillaꝝ que ho ꝯtinētis appellat ptik ocl'orū ⁊ ē puitas coruz ⁊ strictio pupille ex paucitate nutrimēti ꝓueniens.q̄ alī accit ex nimio usu narcoticorū.Dixit auctor cōpēdii. ꝯtingebāt ꝑdicta nocumēta eis.qꝛ nisi mltaꝫ q̄ꝫtitatē sōniferorū ponerēt dolorē nō mitigabant.Dixit Auic.quidam presūptuosi i hoc dolore audent administrare narcotica apō doloris uehementiā.⁊ illud ut dolor sedet in hora.Sꝫ ipse excitatur post horā uehemētior q̄ꝫ prius fuerit.eo ꝙ ꝓhibēt uētositatē resolui.⁊ hii sūt medici ō quib⁹locut⁹fuit Gal.12° terapētice q dicūtur medici largiētes se mollitiei laborantiū.i.medici blanditiui qui soluꝫ itēdūt ad doloris mitigationē presentem ⁊ nō ad curam ueram.Dixit Gal.⁊ scribitur ho ꝯtinētis.narcotica operāda sūt i magnis necessitatib⁹.Nā si dolor ē fortis cū eis ē isistēdū Sꝫ postea dꝫ curari cū reb⁹remouētib⁹ nocumēta corū ⁊ reducētib⁹patiētē locū ad dispōnē ꝓpriā.⁊ i hoc magis laudabilis curatio ē sief.ō cinamomo.Si accidat .dixit mesue.nocumentum ꝑꝑ narcotica.utendum ē lauacris ⁊ embrocis in quibus sit uirtus maturās nocumentum narcotici.sicut est mellilotū ꝓprie ⁊ camomilla ⁊ fenugrecū ⁊ anetū ⁊ similia.dixit Aui.si ex ꝯstrictione mē facta a frigiditate ꝑputioꝝ uitis suple uel silium ul' narcoticorum dolor augeret.īfūdat crocus ꝯtrit⁹ cum lacte in suco coriādri ⁊ distillet in oclm ⁊ remittet dolor ille cū aliq̄li resol'one ⁊ lenitōe istius medicine.Dixit Gal.12°.terapeutice ⁊ scribitur ho ꝯtinētis. Cura punctionis idest doloris pungitiui est trahere hūorē ad iferiora ⁊ purgare cū lassatiuis ⁊ spergē i oculis albumē oui.Et dixit.ancessores nō inenerunt curā de albūine oui i pūctōe ocl'oꝝ nisi cū laudabili ingsitōe.qꝛ hꝫ i se uiscositatē unī diuti⁹ moratur in oculo.⁊ qꝛ nullā hꝫ in se punctionem.⁊ qꝛ abstergit punctionem.i.materiā pūgentem ⁊ mitigat dolorē ⁊ malitiam humorū pungitiuorum quemadmodum mitigantur intestina ex cristerizatione pinguium.⁊ laudat albumen oui plus q̄ꝫ lac.quia licet in lacte sit proprietas aliqua abstersiua possibile est ꝙ lac sit corruptum ⁊ habeat saporem horribilem. Et dixit.in dolore corrosiuo .narcotica plurimum iuuant.si non nimis assiduentur.i mo dolorem qui est ex humore acuto corrosiuo opium non mitigat casualiter.sed curat. Dixit Aui.si materia est subtilis ⁊ corrosiua non ē malum apud me uti opio ⁊ stupefactis ipsum nāqꝫ est sanans eam tunc non succedit dolor quamuis oporteat credere ꝙ inquātum musui nocet est malum uerum op[illegible]o in doloribus a materia corrosiua prouenientib⁹non est ap me malum.sanat enim ipsos celeriter. Et scias ꝙ notātez dixit.si est subtilis corrosiua ut ostenderet ꝙ non de uere corrosiua loqueretur que ē sbē grosse in qua opium nocēt Dixit.n.Gal.i ꝯmēto affo.ocl'oꝝ dolores ubi de materia acuta grossa loqtur.si hūores fluētes ad ocl'm sunt acuti .s.grossi p usus narcoticoꝝ ulnerant et corrodūt.qꝛ magis in loco mām detinēt corrosiuā.Q̄ꝫuis ergo pro aliq° tēpore faciat eaꝫ cessare a corrosione et uideantur ꝯferre tū nocēt.qꝛ postea corrosio reddit fortior. Dixit etiā subtilis corrosiua ut ostenderet ꝙ de corrosiua impꝛope intelligeret.que ꝓ ꝑe ē mordicatiua.⁊ ē subtilis que soluit conti^m ad minimas partes ita ut nō sētiatur sol'o distincte.sed i ꝯfuxo .in qua mā utiliter cōpetit opiū . qꝛ remouet acuitateꝫ. ut mā.⁊ ingrossat eā ⁊ nō ibibatur.Et ut pl'ꝫ talis mā ē pauca faciēl doloreꝫ uehemētē per malam qualitatem propter que non timetur de nocumētis opii.neqꝫ reddit postea dolor fortior ꝑꝑ multitudinē materie retēte imo alī ea ente rectificata per opiū cessat ab ea oīs mordicatio ⁊ dolor. Alī ēt qꝛ pauca expellit a uirtute.unō nō succedit dolor ul' saltem ut dicūt quidā nō reddit fortior. Et qꝛ ex mā mordicatiua timetur ne fiat corrosiua et ulceret oculū.ideo dix Aui.opio esse utēdū q̄ꝫuis noceat ui sui.quia iuuāmētū ei⁹ maius nocumēto ipsius. De cura aūt doloris mordicatiui a mā grossiori dixit Auic.ē ex glutinatis ifridatiuis ⁊ subtiliatiuis.i.subtilibus quasi uoluerit ꝙ ex glutinatiuis fridis eligātur subtiliora uel minus grossa. Nā subtiliatiua uere nō ꝯpeterēt cū sint calida ⁊ subtiliātia magis materiā.glutinosa āūt ꝯpetūt qꝛ prohibēt penetrationē ⁊ imbibitioneꝫ mē in mēbꝛꝝ.Et frida ingrossāt eā et remittūt ipsius caliditateꝫ ⁊ acuitatē. Quidā dicunt ꝑ subtil'ātia intellexit resolutiua ut uoluerit resolutiua misceri cū glutinatis fris.āt sil'a ꝓximādo ea sicut cū admisceatur sicfalbū cū ō coctione mellilot uel fenugreci. Et sicut si egetur empl'is coque papauer in aqua ⁊ pone in ea farinā fenugreci et seminis lini ⁊ pone super oculū. Cura aūt doloris extēsiui oculoꝝ procedētis ex repl'one hūorali .2° ꝯtinētis iplet euatōe cū f.'oia ⁊ hiiex uētris ⁊ fricatione inferioꝝ.et ligatione manuū et pedum ⁊ calcefactione extremoꝝ cū aq̄ dulci tēpate caliditatis.⁊ sil'r si extēsio ē a uētositate grossa ꝯuēiunt diuersiones ⁊ nō supponāt ocl'o repercussiua.sꝫ et neqꝫ intra ocl'ꝫ istilētur sed supponāt et istilēt calefaciētia dissoluētia ut cū panico calefacto fomētet.Et aqua fenugreci abluti intus istillet.qꝛ ē melior medicina dissolutiua que i ocl'is ponatur apponatur
Dixit Auic.cura tensionis ē cū mollificatiōe ocl'i ⁊ resol'one ⁊ ꝑmutatiōe mē. Cōueniunt eiꝫ hec in extēsiōe hūorali ⁊ uētosa. Nā mollificatiua apperiūt poros ⁊ dilatāt. ⁊ sic iuuāt ut resolutiua facil'r resoluāt ꝑparādo materie exitū.Ad que ualet camomilla mellilotū fenugrecum semen lini semen aneti et similia.permutatio autem siue fiat euacuādo siue diuertēdo materiā de loco minuit.Et ipsa quidem i materia hūorali premitti dꝫ. nō enim ut supra patuit approximāda sunt mollificantia ⁊ resoluētia oculo corpore humoribus pleno . In uentosa autem extēsiōe pōt cura incipere ab eis.hoc collirium cōuenit pacienti obtalmiam colericā et corrosiua cum dolore intenso prouenientе a superfluis

repcussione. ℞. ceruse. ʒ. i. gummi arab. amili
draggaganti sercocolle albe nutrite in lacte
mulieris ana. ʒ. ß. croci. ℈. i. canfore. grana
6. conficiant cum aqua ros. Dixit Rasis
2° continentis. si adsunt mg lie odorēt inducē
tia sompnū. Ait Rasis. dico. sirup⁹ de papaue
re ē mirabilis ad inducēdū sompnuz ⁊ ideo
eo ē utēdū. Dixit Rasis 2° continētis. Cū
oculi non inflant nec patiūt bothor ⁊ pūctio
ē fortis. Rectifica complōnē cū cibis insipi
dis. Et asperge aquaz calidaz sup caput ⁊ su
perpone ocl'is albumē oui lac ⁊ mucilaginem
scilicet psily. Et dixit. obtalmia qñ cū ea
ē grossities ⁊ spissitudo asperitas palpebraꝝ
necie sunt medicine aliquē uiolētiā habētes
quib⁹ opari non oportet nisi post euātionem
corporis. Et ex conuenientib⁹ ex hoc ē collirii
quod fit ex aloe subcotrino mastice sarcocol
la nutrita amilo ⁊ gūmi arab cū aq̄ rosata ⁊
melliloti. De q° plurics mittat in ocl'm ⁊ sup
ponat ei cataplasma qđ utiliter fit ð. uitello
oui cocti ⁊ mica panis in aqua infusa pulue
re melliloti ⁊ oleo rosato.

Caplm 14m. de uesicis bothor ⁊ pustul' ocli.

Vesica dicta ē ab Auic. ab
Azarauio uocatur
ampula. a ybn haly uocatur bo
thor. ⁊ uocatur pustula. Et est
apostema paruuz. quod presui
puitate uocatur uesica. Et est apparens i tui
ca cornea in qua presui paruitate non potest
apostema magnuz fieri. Ad generationē aūt
uesice requirit primo ꝙ materia eius sit aq°
sa cui aliqua leuis caliditas sit cōiuncta. 2°
ꝙ mā aggreget in mēbro seperato in partib⁹
suis ut in eo sit locus in quo ipsa humiditas
aggregetur. si enim ipsa materia i porris mē
bri resideret non eleuaret superficiez mēbri
⁊ sic non causaret uesicaz. Et 3° ꝙ supfici
es illius mēbri sit dempsa ut contineat aquo
sitatem. si enim eēt rara tunc humiditas illa
fluida per porros eius extra effluerct ⁊ non
eleuaret eam in tumorez ut uesicam facēt. qr
aūt supficies illius mēbri dempsa est. iō aliq̄
leuis caliditas aquositati illi pmiscet ut iu
uet eam ad penetranduz in ipm. Et ppter
dictas causas uesice plm fiunt in cute corpo
ris. Ex ptic' aūt oculi sola tunica cornea hēt
uere loca in quibus aquositas aggreget. Est
enim disticta in squamas seu cortices ⁊ eius
sba dempsa est. Dixit Aui. contingunt in
oculo uesice aquose in quibusdaz corticibus
cornee qui in nuo^a ei⁹ pz sunt quatuor. Et
ipsa hūiditas ꝯtinet inter duos cortices de
ipsis quatuor. Et sic potest in trib⁹ locis ꝯti
neri. s. inter primū corticē ⁊ 2m ⁊ inter 2m ⁊
3m ⁊ inter 3m ⁊ 4m Dixit āt. A. uesice aq°
seiqr fi'a ueꝝ ⁊ paꝝ p̄sui grossitie ñ pt itrare
in sbaz dēpsaz cornee ad apā cāndū. Et ideo
iste uesice ñ sūt ꝟe apata fl'ica sz sūt ꝟe ꝯsilia
illis. Nō accūt āt uesice in ꝯiūctiua. qr aquo
sitas ipa i ea ñ ꝯtinet sz effluit a porris e⁹ p̄
laxitate ⁊ raritate ꝯpōis ei⁹. Sūt tñ q dñt
ꝙ ex quedā aquositate grossiori ⁊ uiscosiori
possunt uesice i ꝯiūctiua tuica generari qr p̄
uiscositate et grossitie sua pōt in ea ꝯtineri.
Qđ si sic ē ut dicūt. debēt reduci ad apā fl'i
cuz oculi et cura illi⁹ curari. Aui. posuit uesi
caꝝ spēi fore qnqz quaꝝ una sumit ex pte loci
de qua dixit ꝙ una est pfundior. qr. s. ē gene
rata inter corticez cornee 3m et 4m. ⁊ ē dete
rior Suple et quedā est magis exterior. et ē
illa q̄ est generata inter corticez primū et 2m
et est leuior. Et quedā est inter eas media ut
q̄ est generata inter 2m et 3m. corticez et ē in
malitia mediocris. 2a diuisio est sumpta
penes q̄ntitatez. Nam quedā caꝝ est magna ⁊
quedā pua et quedā mediocris. 3a diuersi
tas est sumpta ex pte coloris eius qr q̄daz
ē alba quedā nigra. Et 4a ē sumpta ab essen
tia eius. s. mē ipius fm quā aliqua ðr suauis
et mitis nō mordicatia. et aliq^a ðr acuta mor
dicatiua Et ñ mordicatiua ē suauis in accidē
tibus suis. et mordicatia est difficilis et aspa
in eis. Et que ē mitis ab Haly. 5° theorice
ðr Jocūdi saporis. Et ybn Haly. dixit. sapo
ris dulcis et Azarauius dixit saporis insipi
di. suple et que nō ē mitis est saporis opposi
ti. Et significarūt p hos sapores suauitatez
uel insuauitatē earū Et ꝙ suauis dixit Haly.
ē salubris. Et ꝙ oposita est in qua facilior ē
cecitas q̄z salus ex ea. Et yesu Haly. dixit ꝙ
bothor est forte salui finis et fortasse hz uisuz
occasionate. Seqtur ergo ꝙ q̄ ē pfunda et ē
magna et est grossa. et est alba et est mordica
tiua est deterior alys. Et oīs bothor eueniēs
in cornea ē deterior eueniēte in cōiunctiua.

Et dixit zoar. de eueniētibus in cornea ꝙ
nō eueniēs in directo pupille nō hz uisum p
hibere. sed que euenit in directo ei⁹. euertit
uisuz. Signa generis hñtur p uisū qa inspi
ciendo in corneā cōprehēditur eleuatio siue
tumor in ea silis uesice. Signa aūt spēꝝ fm
locū. sunt dixit Aui. quecūqz caꝝ ē supra cor
ticez primū. s. sub exteriori ē mala nigra. qm̄
ipa phibet uisum a cōprehēsione uuee. Et
2a phibet a cōprehēsiōe ipius qm̄ radius ē
remotior ad hoc ut faciat ipaz purā quare ðr
alba. Et Haly. dixit. pustula q̄ est post pmā
squamam minus dolet eiusqz color ē niger q̄
ꝟo est sub prima interiori magis dolet. Di
xit Azarauius que sunt sub p° exteriori sunt
nigre et clare. Et yesu Haly. dixit silr ꝙ ē
nigra et clara. Sed que est post istū corticē
est alba. Attamē aput quosdā dubiū hētur an
exterior magis sit nigra ⁊ interior alba ut p̄
dci auctores dixerunt. an sit eꝯ°. p cuius de
claratiōe. Gentil'. pmittit ꝙ color de quo hic
intelligit ē ille q resultat in uesica ex diuersi
tate situs alti uel pfundi. Naz ex diuersitate
p̄dictoruz situum accidunt diuerse inadiatio
nes uel radioꝝ puationes. Et ꝙ talis color
hēat dici talis respectu medici inspiciētis ñ
ifirmi. qñ eiz dix Aui. phibz uisū itellexit i
spicientis non egroti. Et iō qñ dixit pfūda
uideī alba ⁊ exterior nigra intellexit ad uisū
medici nō ifirmi. Et qñ dixerunt ꝙ exteri
or appet nigra intellexerūt de nigredie q̄lis
ē nigredo pupille. Et qñ dixerūt ꝙ pfunda
appet alba itellexerūt de albedine aq̄ q̄ facit

uesicaz. Post predicta posuit qnqz ꝯclõnes
prima ē ꝙ uesica de aquositate transparente.
si est in exteriori cortice apparet inspicienti
nigra clara. 2ª ꝯº ꝙ uesica de eadē materia
si est in profundiori cortice apparet alba ĩ co
lore. Et ex hys infert. 3ª ꝯclo ꝙ uesica q̄ ē
ĩ medio cortice quasi medio modo apparet.

4ª ꝯclõ ꝙ etiaz in bothor de mēbus mul
tuz coloratis ⁊ paruz transpirantibꝫ. ut ꝟbi
gratia. de colera. si bothor sit exterius appe
bit ĩspicienti colera illa magis clara uel sbtil'.
Et si illa collera fuerit peruia appebit cū ali
qua nigredine. Et si non fuerit peruia ñ appe
bit cum nigredine. Et si bothor fuerit in pfū
do cornee appebit color magis proprie cole
re. s. citrinus intensꝰ. Et ideo ybu haly appro
priauit ista signa ad capl'm de bothor ꝙ cõi
ter se habet etiam ad uesicaz. qz mã uesice cū
sit aquea ē magis peruia uel propinqua per
uie q̄z aliqua alia mã pp quod colores in ea
ꝫm diuersitatez ⁊ radiationū magis apparēt

5ª ꝯpl'o ē ꝙ etiaz in iudicio infirmi ē q̄ĩ
cõtrariū qz si dirigit oculuz ĩ directo uesice
tunc iudicabit uidere uesicaz profundam ma
gis obscuraz que si eēt magna nihil uideret.
Sed uesicã exteriorez iudicabit ut unam ne
bulaz magis raram. Pro pbatione autem
dictaruz ꝯpl'onuz. Gentil' pmittit duas ppões
quaruz una ē ꝙ corpus maxime si sit puium
habens debiliter colorez oppositus radio re
flexo uel penetrante a corpe fortis coloris ta
le corpus apparet in colore illiꝰ corporis. Et
siquidez sit paruiū ĩ toto corpore apparet illi
us coloris. Si uero sit opacuz in supficie
apparet talis coloris. Exempluz. si homo
indutus est scarlato multuz rubeo si apponet
faciē suã uel manū appebit rubea. Exēplū
in corpore paruio debilis coloris ē sicut in
gutta aque super uitro nigro que tota appet
nigra etiã ĩ tota sui pfūditate. si tu ĩspicis eã
ĩ directo l' quasi directo uenientiū radiorum p
niorum a uitro ut sensꝰ ondit. 2ª ppõ est ꝙ
corpꝰ paruiū potēs mouē p ppriū colorē ⁊ ĩ
rõne ppry obti large sumēdo colorē si ñ inra
diat radio uēiente l' reflexo a corpe fortiter
colorato appet sub colore pprio. ꝟbi g. aqua
sb colore albo. Exm frustrū uitri lucidi albi
si ĩspiciat ĩ rõne ppry obti nõ illūiati nisi lu
mine aeris uitrū appet albū. Si uero inspici
at adherēs nigro appet nigr ⁊ si rubeo rube
uz. Et postea pbat Gētil' pmã ꝯclõnē sic il
la aqua debet appē ĩ ocl'o nigro q̄ iradiata a
radio exteriori recipit in se ⁊ penetrat a ra
dio reflexo a loco l' a corpe nigro. Si qua
uesice exrioris q̄to magis ē exteriꝰ cū hº ꝙ
ab ex iradiat recipit ĩ se radiū reflexū a loco
nigro qz a pupilla ⁊ ptibꝰ uuee gº tal' aq̄ appz
nigra ⁊ ēt lucida aᵒ ē nota ex pª ppõe ⁊ h de
clarat ex tribꝰ q̄ hēt aq̄ uesice exrioris. pª ē
qz ipz ꝯtinet sb cortice magis tenui. Et ex h
ē magis penetrabil' a radio q̄z iª q̄ ꝯstat sub
ipo. Sz dicas ꝙ qz oēs cortices cornee sunt
eq̄l'r iradiabil'es a radio aeris qz sūt eq̄l'r dia
fani Dõm ꝙ si ĩ hõie sano eēt coactꝰ h ꝯfite
ri. tñ ĩ hõie egro ĩ qº ē fca pmutaº in cortice
cornee pp aquã que sepant ⁊ alterant corti

ces. dicã ꝙ subtilior cortex et ppinqor aeri
neccessario minus resistit irradiatiõi et ma
gis est irradiabilis q̄z cortex pfundior et
grossior. Uel aliter ꝙ ista stant simul. ꝙ res
sint equaliter dyafana et ꝙ inequaliter irra
dientur. Et hoc pp inequaliter distare. et in
equaliter grossas esse ut notum est sensui. Se
cunduz qd hz aqua in cortice exteriori exñs
est ꝙ ipa est ppinquior radio fortiori. s. ra
dio aeris et ut sic ēt magis in radiat. 3m est
quia q̄to ē magis distãs a pupilla tanto minꝰ
phibet radios uenire p lineas quasi rectas
ex quo seqtur ꝙ illi rady reflectūtur ad angu
los acutos fortes tangētes illã aquã in refle
xione. Ex quibꝰ infert minor ppositio. s.
ꝙ talis aqua uesice exterioris recipit ĩ se ra
diū uel radios reflexos a loco nigro. s. a loco
pupille. Naz rady qui non penetrãt per illaz
aquã. qz pp distantiaz aque penetrãt quasi re
cte reflectant uersus aquã illam ad angulos
acutos qui sunt fortes. Et ideo ocurrētes
illi aque in reflexione licet forsitaz nõ occur
rant essential'r attñ. pp fortitudinē faciūt eam
apparere nigrã. Rady ēt aliqui possunt p illã
aquã penetrare qz ē sub cortice subtili et qz
ē ppinqua aeri. Et isti rady duplex auxiliuz
faciūt ut appeat illa aqua nigra. primo qz ir
radiant eã ut recipiat magis et melius radiū
reflexum acutuz. 2º qz ipi met penetrantes
licet sint debiles reflectūtur recte ꝟsus istam
aquã. Et ex hys dixit Gentil'. infert ꝙ aq̄
uesice exterioris appet nigra et lucida. Et
istam cãm innuit haly. cum dixit ut supra que
subprima ē squama minus dolet et eius color
est niger. Et hoc pbat qz nõ induresciit pp ui
sum. s. aspiciētis et pp nigredinē uuee. quasi
dixerit ista uesica nõ est ita dura et cõpacta
ꝙ phibeat aspicientē uidere nigredinē uuee.
Et iõ dixit Aui. ꝙ q̄cūqz uesica ē ad primū
corticē ē nigra. Et reddēs cãz dixit. qm̄ ipa
phibet uisum a cõprehēsiõe uue. s. debita si
plc. sed nõ phibet per hoc oĩo uisuz aspicien
tis a cõprehēsione nigredis uuee. qz sic̄ dixit
haly. non indurescit inter uisuz et nigredinē.
Et iõ si littera Aui. fuisse negatiua fuisset me
lior et dixit qm̄ ipa nõ phibet uisuz et com
phēsiõe uue. et sic hz ybu haly. Nã assignans
cãz dixit. qz nõ diuidit iter uisuz et nigredinez
uuee. Et qz phibet uisuz aspiciētis a ꝯpre
hēsiõe uuee debita. ex quo idicat uueã nõ de
bite situatã. Uel aliqd ēe ipediens qd phibz
radios uenire ut debēt ab ea reflexos. qd põt
ĩpedire uisum. et intantum est mala. Non
apparet aūt uuea debite situata qz pp eius ni
gredinē reflexaz ad uesicã credit ꝙ ipa uuea
sit situata ibi. sic̄ appet de lapide uel anulo
posito ĩ scutella. ubi si ponit aqª uidebit la
pis q̄ĩ in supficie aque q pus aqua nõ apposi
ta nõ uidebat. uel uidebat in pfūdo. ut 6º. de
nãlibus pticula. 2ª. Et iaz nõ appet uuea de
bite situata. qz nõ eq̄ circūferential'r cornea
adiacet ei sic̄ dz ꝫm nãz. exñs subleuata pp ue
sicã. Et dixit Gentil'. ne ꝯtingat errare cõ
siderandu; ē ꝙ qs põt aspicere pupillã illius
infirmi uel lateral'r et sic uidebit eã in sua de
bita forª uel aspicit eaz dirigendo iuuuz p

illam uesicã. Et sic uidebit ac si nigredo pu
pille uenerit ad illam aquaz. Et si ptim inspi
cit p uesicam et ptim p corneaz in pte illi as
sociatam et uidebit diuersitas in nigredine
uuee. Et dixit Credo ꝙ nõ ois uesica faciat
indebite uidẽ nigredinẽ uuee .al'. cornee. sed
solum illa que separet corticez ꝛ ipellẽt eam.
2ª ꝯcl'o eius nota ẽ ex opoita rõne pric ꝑ
baẽ igiẽ ꝙ aquosa uesica ꝓfunda appet alba
argumẽto tali. Illa aquositas appet alba ꝗ
mouet ut ꝓpriũ uisibile nõ factuz puiũ. et sic
nõ dispositũ ad receptionẽ radioꝝ reflexoꝝ
a loco nigro. ad quã aquã radii a loco nigro
nõ reflectunẽ nec in eã penetrãt. Sz aqua
uesice ꝓfunde mouet in rõne ꝓpry uisibilis
et nõ fit puia et nõ recipit radiũ reflexum a
loco uel corpore nigro. ergo illa aqua et p cõ
sequẽs illa uesica appz alba aºª est nota et 2ª
ꝓpõne supiꝰ posita. bºª. ꝓbaẽ. et 2ª ps mino
ris ꝓbat primã ꝓbaẽ aũt. 2ª ps eius p tria
ꝗ hz aqua uesice ꝓfunde. pº. n. ẽ ꝯtẽta sub cor
tice grossiori qꝛ sub pluribꝰ. et sic nõ irradia
tur sic illa ꝗ ẽ extra. 2º hz ꝓfunditatẽ. Et sic
nõ irradiaẽ ẜm ꝓfunduz. 3º ẽ ꝓpinqua fora
mini uñ radii circũferẽtialr̃ ꝑueniũt ad fora
men uuee si aliq radii ꝑueniũt. Et ideo ẽt re
flectunẽ ad angulos ualð obtusos q sunt debi
les. Et iõ. statiz ꝯcludiẽ ex hiis ꝙ i illã aquã
ꝓfundã nõ recipiẽ nigredo loci nigri oculi.
Et per ꝯñs ꝙ nõ appeat nigra. Ad hoc. n. ꝙ
nigredo nõ recipiaẽ. s. p radios nigros faciũt
oẽs pdcẽ cãe. Naz ex hº ꝙ aradio exteriori
ñ pfecte irradiaẽ nõ disponiẽ ad recipiendus
radiũ reflexuz et nõ fit radius recte reflexi
bilis qꝛ ille facẽ p radiũ penetrantẽ p mediũ
aque p hoc aũt ꝙ si aliq radii luminis aeris
ptingũt ad foramẽ uuee ptingũt circũferẽtia
liter uñ fit reflexio ad anguluz obtusuz debi
lez. ꝯtingit ꝙ radius reflexus niger qꝛ debi
lis nõ iprimit in illã aquã et ꝗ nõ approxiat
sibi. ergo illa aqua nõ appz nigra. Et tũc ar
guiẽ. Cuz ergo mediũ sit sufficiẽter illumiatũ
hõi inspicienti appebit sub ꝓprio colore. et
ille ẽ color albus. Et põt qð dictuz ẽ uideri p
expientiã Aqua. n. cataracte ꝗ ẽ ꝓfũda ẽt ap
pet alba. Et sequẽs Aui. de signo uesice di
xit plurima aquositas acuta ẽ mala cũ exten
siõe ꝛ corrosiõe sil'. Et. n. mala qꝛ magis ipe
dit uisum imo patiẽs eã ꝗ nihil uidebit. Et
si uidebit uidebit tortuose. Est ẽt mala qꝛ
sic corrosiua ulceratiua remanebit i loco ma
cula alba post ipius curationẽ ꝗ aut uisuz ml'
tũ ipediet aut tollet. ois. n. uesica ꝗ est copio
sior dixit Aui. est plus extensiua et plus dila
tãs et corrodẽs. Que aũt ex ea opponiẽ fora
mini nocet uisui ꝓprie qñ ẽ corrosiua. Cura
ꝯtiẽ p qnqz itentiões. pª ẽ mẽ aquose esicca
tio ꝛ ꝯsumptio. ꝗ i tota cure ptelatõe ꝯpetit
2ª ẽ ꝓhibitio cursꝰ mẽ ne pp dolorẽ exten
siuuz uel corrosiuũ multa mã ad oculuz deflu
at. 3ª ẽ ꝓhibitio rupture cornee i quo me
dicus ualde dz ẽẽ sollicitus. Naz ruptura cor
nee ẽ ualde piculosa ut iferius appebit ꝛ est
ualde apta fieri in cornea. Nõ aũt sic in ꝯiun
ctiua. qꝛ mã cõtenta in cornea nõ est apta re
sudatiõi pp ipius dẽsitatẽ. Et iõ cũ in ea mã
multa colligiẽ ñ ualẽs resudare miraẽ rupta
ram cũ extendat mẽbrũ durꝝ. 4ª ẽ rectifica
mẽ maxie tẽpando calorez eius si est calida
acuta. Et qnta est correctio accidentium
. s. doloris sedatio. Et Auic. posuit in cura
eius empl'm de luto ꝯpato ad samuus. i. de iª
ꝯtrata. Et uidetur uelle qð cõueniat in omni
tẽpore curõnis ꝗuis ẽt in diuersis tẽpibꝰ
possit fieri additio uel dĩnutio in ꝯponẽtibꝰ
ipm ẜm bonã extimationẽ curantis medici
Et curat uesicam puaz pfecte. Nã in eo sunt
omnes quiqz intẽtiones supra dicte ꝛ sic fit
sumanẽ luti sanũ torrefacti. ℥. 7. attamen qꝛ
caremus eo qꝛ non portatur ad nos loco eiz
portatur terra sigilata tutie ꝛ climie lauate ꝛ
antimony ana. ℥. y. scorie eris ablute. ʒ. iii.
gũmi. s. arab. ℥. iiy. opy. ℥. y. terranẽ cũ aqua
pluuiali ꝛ fiat ex eis coll'iũ. Et admistreẽ cũ
aqua fenugreci. In hoc eniz coll'io sunt medi
cine esicatiue esicantes aquã ut tucia climia
antioiuz. Et medicie stiptice ꝓhibẽtes fluxũ
ꝛ mdicie ꝓhibẽtes corneã a ruptura unieºipaz
ꝯ stipticitate ꝛ cũ glutiatõe ipiꝰ luti ꝛ gũmi ꝛ
medicine frigið remittentes acuitatẽ aque ꝛ
sedantes dolorez. Dixit ybu haly. si ꝓlõga
tur bothor intelligens ẽt de uesica ꝛ nõ dissol
uiẽ p medicias. s. esicantes tunc cura cuz me
dicinis acutis aptiuis quibꝰ utunẽ medici i
curatione aque. i. cataracte. Et dixit qñ mł
tiplicaẽ. i. magnificaẽ. Et nõ spectaẽ eiꝰ esic
catio p medicinas neqz apertio tunc curetur
cũ ferro. qꝛ pforeẽ cuz acu ul' aliquo sile pfo
rante subtili ut inde aqua egrediaẽ. Et i
aptione quidẽ uesice exterioris nõ existit su
spitio. sed de pforatiõe profunde ual de spi
candũ est. Sunt aũt ꝛ alie spẽs bothor que
generanẽ ex sanguie defluxo ad ocl'um ꝛ pñt
euenire i cõiũctiua ꝛ in cornea. Et dixit
Ras 2º cõeinẽtis qð ex eis appet in albi
oculoruz uocaẽ bothor ꝛ qð appet in nigredi
ne oculi uocaẽ pustula ꝛ ẽ maioris nocumẽti
Et dixerunt auctores ꝙ illud qð euenit i cõ
iũctiua declinat ad rubedinẽ. Et ꝙ in cornea
declinat ad albedinẽ. Cuz aũt dixit zoar ꝙ
pustula in cornea in sua radice nullaz albedi
nez uideẽ habere p radicẽ intellexit centruz
eius ubi mã ẽ unita que apparet ẜm colorem
ipsiꝰ mãe. Sed bñ noluit ꝙ in partibꝰ eiꝰ cir
cunferentialibꝰ cornee habent albedinẽ ut ma
nifeste dixit pustule qñ in cornea ꝑcreanẽ ad
albedinẽ tendunt. Et de eã apparitõis horuz
colorũ diceẽ infra in ulceribꝰ oculi. Cura ho
rũ bothor quatuor hẽt itẽtiones quarũ ꝑma
euãt ꝛ diuertit. Et proprie cum fl'oia qꝛ mã
ẽ sanguiea. Si tñ cum sanguie alius peccaret
humor post fl'omiaz educatur farmaco ꝯueni
ente. Dixit hal'. cura fiat cum purgatõe cor
poris ꝛ fl'oia cefalice. 2ª mãz repellit ꝛ do
lorez mittigat apponẽdo super oculo aliquid
de repercussiuis dictis in cura obtalmie ꝛ in
tra oculum. Dixit hal' emulge puelle lac ab
ipsa mãnia quo dolor quiescat eius tpato c
lore molliaturqz ꝛ matureẽ. i. mittigeẽ. Qð
si repercuti non poterit. tunc 3ª. surgit intẽtio
que ẽ ad resol uẽdũ qð ñ fuit repcussũ. Ac ẽ
si sanguis i ocl'o fuerit ꝯstrictꝰ ꝛ mortifica

s⁹.sic fit i tarsati. Et iō hec cura ē siłis cure eius. Et. A. adduxit hāc curā consiłr cure pōite a Rapiōe ⁊ p̄t ei⁹ resoło fieri cū euapo rātib⁹ applicatis ocłis ab ex̄. Et inciendo int⁹. ponat̄ g° i ocło lac in quo ifusuz fuerit semen marubii. Nā i hoc seīe ē v̄t⁹ resolutia ⁊ abstersiua. Dixit haly. instillationē q̄ ex ordeo fit ⁊ seie citoniorum ⁊ sercocolla. su poculuz pone. Dixit. A. lanā infusaz i albu mine oui ꝯquassato cum oleo rosato ⁊ aceto. Raſ tn̄ z° ꝯtinētis auctoritate iudici loco ac ceti posuit uinū. et meli⁹ fecit Dicta recepta. A. ꝯpetēt in repcussione nō in resołone. Qō si resolui nō poterit sed fiat exitura tunc itē tio 4ᵃ aduēit que ē ad maturādū ⁊ apiendū ⁊ tandē ad ulc⁹ consolidandū Dixit hał cū pustula cepit maturari puluriza illā cuz mel chara condita cū lacte asine ⁊ collio albo cuz lacte donec erūpat pustula. Et exeat sanies. ⁊ tunc ulcerū adhibe medelam. Et uide in se quenti capitulo.

Capłm. 15ᵐ de exituris ⁊ ulcerib⁹ oculoꝝ ⁊ pustulis.

Xiture oculi dixit. A. ge nerāt ꝑm płm ab hūorib⁹ acutis adbustis. i. incē sis. Et fiūt i ocło sic i ceteris alys mēbris qn̄. s. mā hūoralis apans locū sibi capit i mēbro ⁊ facit cupuz Mā āt ꝯtēta i ocło magis facit sibi cupum in tunica cornea q̄ȝ i ꝯiunctiua. q2 in cornea mā ꝯtēta min⁹ trāspirat̄ ⁊ min⁹ resoluitur ⁊ ob hāc cāz exitura magis appropriat̄ cornee ⁊ inter ei⁹ egritudies numerat̄. ⁊ sic in prece dentib⁹ patuit lōgiquū ē ꝙ mā frida fłica et młica possit intrare corneā ad apa gnāndum ⁊ ꝑ ꝯn̄s exiturā. pꝑ qō dixit. A. płm exiture ocłoꝝ gnānt̄ ab hūorib⁹ adbustis de quoruz mā ē posse penetrare ꝑ s̄bam dep̄saz panicula rē ⁊ q2 iste exiture nō fiūt magne y° sūt par ue ⁊ māx respectu apatū ꝯiūctiue pꝑ caꝝ pui tatē a multis pustule uocant̄. Et Azarauius de eis determiauit in ca° de pustuł ocłi. Et a multis uocant̄ bothor. Et q2 harū exitu rarū mā ē hūor acut⁹ adbust⁹ cui⁹ ē corrodē ⁊ ulcerare ⁊ māx corneā q2 alia n̄ ꝑmte nz fa ciłr resoluit s3 ut płz pri⁹ ulcerat. hic iste ex iture a Rapione hał ybu haly. ⁊. A. uocant̄ ul cera ⁊ de eis in ca° de ulcerib⁹ ocłoꝝ deter mināt. Dixit Rapio ⁊ siłr. A. septē sūt spēs ulceꝝ cornee quaꝝ quatuor gnānt̄ i supficie cornee. quas Hał uocauit ulcera ut satis inui tur 4° de accn̄ti· Et tres gnānt̄ in ꝑfundo cornee. p̄ᵃ quatuor q̄ gnānt̄ in supficie dixit Serapio nominatur adutus. Et eius intētio est athonum. Et eius color est similis fu mo. Et accipit locū magnū ex nigredie ocu li. Et. A. siłr dixit ō nōie tn̄ dixit ꝙ nōiatur albasiue ⁊ fortasse nōiat̄ catanū ⁊ istō ułe est sup cornea in exteriori oio supficie. ⁊ ē siłe fumo q2 sic fum⁹ appet cū quadā albedie nō pura s3 mēa q̄i nigredie mixta. Ita ista ulce ratio q2 sparsa ē ei⁹ albedo n̄ appet pura ōp sa s3 q̄i albedo rara ubi appet młtū ō nigredi ne cornee. occupat. n. locū magnū q2 eius mā nō ꝑhibet̄ ab ābulatiōe. Cū sit ex̄ n̄ coartata Aliq exponūt albasiuen siue albisen ł albasen. i. extiomen⁹ q2 sic estiomen⁹ corrūpēdo am bulat ita hoc ulc⁹. Alii exponūt. i. atoma sic dixit Serrap. Et v̄ificat̄. q2 sic albedo isto rum ulceꝝ ē q̄i attomosa. Non eīm est v̄e ꝯti nua sic albedo ulceꝝ ꝑfundoꝝ ⁊ ꝑpterea no cat̄ catamon uel cateri ut dicit littera ex̄ ut puluis q2 in isto ulcere sentit patiēs ac si pul uis ēet sup oculo. zᵃ spēs dixit Serrap. no cat̄ dyafilion. Et eius intentio ē caligo. Et ē ꝑfundior q̄ȝ p̄ma et pl⁹ alba et mior. Et. A. dixit siłr et uocat̄ nubes. oia ulcera cornee sunt alba. plus tn̄ et minus. R3 ꝙ plus uel mi nus occupant de corpulentia cornee in ꝑfūdo Est aūt minor. q2 mā eius maxie coartat̄ et nō pōt sic in latū extendi et spargi. Et est albior q̄ȝ pria. q2 ei⁹ albedo ē magis ꝯtinua q̄ȝ albedo prie. Et dicūt qdā poss3 ēt ista spēs uocari catamin. i. puluis q2 in ea pōt patiēs sentire ac si puluis ēēt oculo aspersus. 3ᵃ spēs dixit Serrap. uocat̄ alghimen et fit su pra corneā nigredis. i. cornee. Et nō accipit de albedie nisi locū paruū ⁊ de ista dixit ybu Haly. ꝙ uocat̄ altemū. Dixit haly. 3ᵐ. ulc⁹ in cornea fit nigredis et ptē sumit albi. i. cōiū ctiue modicā. Et Aui. dix uocat̄ coronał q2 ē sup coronā nigredinis oculi. i. sup oculū cornee ubi ꝯiungit̄ ꝯiunctie Et qn̄z occupat de albedine ꝯiūctie aliqd. Et notāt tn̄ ꝙ pōt repiri ulcus in oculo qō occupat de ꝯiunctiua multū et de cornea modicū. S3 tūc nō deno a bitur a cornea. s3 a ꝯiunctiua. Illud aūt qō de noiat̄ a cornea qn̄z occupat de ea młtū et qn̄z paꝝ. semꝑ tn̄ plus q̄ȝ de ꝯiunctiua. imo possi bile ē ꝙ nō occupat de ꝯiunctiua aliqd. suffic. n. ꝙ sit in corona cornee qō tn̄ ex eo est sup pupillā. i. corneā dixit Aui. appet albū Et qō ē sup cōiunctiua rubeū. Et iō dixit Serrap. sunt ei duo colores. q2 ille qui ē ex̄ corneā. s. in ꝯiunctiua ē rubeus. et q ē intra corneā ē albū. om q. n. ulcera q̄ fiūt in ꝯiunctiua sunt rubea sic illa q̄ fiūt in cornea sūt omnia decli uia ad albedinē. 4ᵃ aūt spēs dixit Serrap. noiatur alkafe. et eius intentio ē disruptio et ē siłis lanositati. Et baly. uocauit eā siłez fur cule. q2 furculas h3 inde siue ramos. Et ideo ybu haly. uocauit eā ramosaz Serrap. aūt di xit disruptio q2 hinc inde disrūpit in qᵃ dis ruptiōe fac̄ in cornea q̄daz pua foramina. Et iō Azarauius dixit ꝙ in hac spe uidētur in cornea q̄i q̄dā foramina. Dixit Auic. noiatur adbustiua et nominat̄ lanosa q2 est qō in ea appet de pupilla. i. cornea ac si lana alba ēēt sup illa. Dixit Gentił. se uidisse hāc spēm. et ꝙ ut credit ē aliquātulū ꝑfūdior pᵃ et zᵃ. cū h° ꝙ existat de exteriorib⁹ ⁊ n̄ ē in ex̄mo co rone sic 3ᵃ. ymo ē magis v̄sus cētrū cornee q̄ȝ v̄sus ꝯiunctiuā. Et in cornea h3 ramos ab uno centro extēsos et fortasse pꝑ hoc dixit Auic. uocat̄ adbustiua. q2 h3 sic adbustio unū locū p̄cipuū a quo ꝑcedit ad circuitū. et pōt ēt di ci adbustiua q2 in hac spē ꝑcipit̄ plus de calo re adbustiuo q̄ȝ in trib⁹ p̄dictis Dixit Ser rap. triū v̄o q̄ sunt in profundo prima nomi nat̄ bucion. et eius intentio est grana et ē ꝑ

funda calida stricta. Est aũt ꝓfunda qꝛ in 3°. uł 4° cortice cornee. Dixit Aui. nominaṫ ana luz uel analaliũ .i. granũ qꝛ ibiꝰ i profundo ẽ sicͭ unũ granũ albũ .et dixit Aui. est hñs sub mersaꝫ ꝓfunditateꝫ. et ẽ ulcus ꝓfũduꝫ strictũ mundũ profundũ est qꝛ ad 3ᵐ corticẽ cornee et ẽ magis ꝓfundũ q̃ꝫ scđa spẽs de tribus ꝓ fundis Et ẽ strictuꝫ qꝛ paꝝ occupat de loco et est munduꝫ qꝛ pauce saniei nõ sordidum . se cũda ṽo spẽs de ꝓfundis dixit Aui. nomina tur cocumer et ẽ eius intentio ꝓfunduꝫ et est latior q̃ꝫ pria ſꝫ minus ꝓfunda. Et baly. dix ulcus eius ẽ largũ ſꝫ paꝝ ꝓfundũ. Est aũt ꝓ fondius quatuor spẽbus exterioribus et mi nus ꝓfundũ pria spe de tribus ꝓfundis. Et iõ uideṫ ꝙ sit in supficie exteriori corticis tertij ṽsus 2ᵐ et fortasse ẽ in supficie iteriori scđi corticis ṽsus 3ᵐ. Dixit Auic. uocaṫ balume .i. uirgula. Et hoc qꝛ sił'atur extremi tati ṽgule hõis qꝛ hꝫ albedinẽ suã in forma lunari .i. semicirculi. Et cã ẽ qꝛ illõ ulcus nõ est strictuꝫ ut primũ . imo ẽ latuꝫ. Et est mio ris ꝓfunditatis q̃ꝫ primũ. ſꝫ latioris occupa tiõis. 3ᵃ. spẽs dixit Serrap. noiatur alku me et eius intentio ẽ disruptio. Et est equa lis illi q̃ ẽ in tunica extrinsecus in noie. Et ẽ ulcus sordiduꝫ hñs estaruꝫ et sanieꝫ multã. Et Aui. dixit ꝙ uocaṫ assicume .i. disruptio qꝛ disrũpit et est adhustiuũ. Et hinc ẽ corro siuũ et disruptiuũ cornee. unͫ timor ẽ de cor ruptõe oculi. Et ẽ sordidũ multe saniei et facͭ crustas ꝑ adhustiõeꝫ suã. In cuius mundifica tõe ẽ timor .s. utpł'm dixit Serrap. cũ remanꝫ diu et ꝓcedit tẽpus in mũdificãdo ꝙ tota dis rũpaṫ cornea. Nã tũc dixit Aui. hũiditas .s. hũor albugineus currat .i. egrediṫ ꝑꝑ corro sionẽ tunicaꝝ uel exit uuea et corrũpiṫ ocu lus. Et scias ꝙ nõ daṫ 4ᵃ spẽs in profun dis que si dareṫ ẽet illa q̃ aliquid occuparet de cõiunctiua . Et cã ẽ. qꝛ mã coartata i pro fundo nõ ẽ dilatabilis. sicut illa q̃ est supficia lis Sunt ergo tantũ spẽs septẽ ulceꝝ cornee diuersificate ſm situꝫ corticuꝫ eius. Cãe ulcerũ cornee suple et siłꝛ cõiunctiue dixit Auic. sunt ꝙ fiunt aut successiõe obtalmie aut successiõe bothor uel pustularum .s. cum per ueniunt ad exituram. potest autem obtalmia exituralis facere ulcerationeꝫ non solum in cõiunctiua . sed ẽt in cornea quando materia corrosiua et sanies expanditur ad corneam Aut fiunt ꝓpter percussioneꝫ Et dixit quã doqꝫ est principium ulceris interius et dis rumpitur ad exteriora. Et quandoqꝫ est ecõ uerso. Et ut dicunt quidam illud quod in cipit interius et procedit disrumpendo ad exterius est deterius. Dixit. Raꝭ 2° con tinentis. deteriꝰ ulcerũ ẽ illud ꝙ ẽ i nigredie sub pupilla. In eo enim exitus .s. albuginei ⁊ eminentia .s. uuee est uelocior ⁊ ẽ nocumtoꝝ magnificatio super eo. Signa ulceꝝ oculi dixit . Auic. sunt. quod si ulcus est in pupilla .i. cornea appet punctum .i. uestigium album et si est in coniunctiua rubeum. Rosa cogno scitur ulcus oculi per uehementiam doloris et puncture ⁊ cursũ lacrimarũ. ⁊ ꝙ ẽ i cornea appet albũ ⁊ ꝙ in ꝯiũctiua appet rubeuꝫ ⁊ ẽ

rubet totałꝛ ⁊ i loco ulceris ẽ rubedo maior. Idẽ dixit. Aꝝ ꝯᵃ ꝓbleuᵐ ꝓbleumate. 2°. Et reddidit ibi cãm nałõ gñałẽ. dicẽs ꝙ cicatrix ocłi .i. cornee iõ ẽ alba qꝛ morbꝰ ẽ qd ꝯ̃riuꝫ pti cuiꝰ ẽ morbꝰ. Et iõ mouꝫ illã ptẽ ad ꝯ̃riũ Cũ igiṫ cornea sit nigra morbꝰ eã õ albedit. istõ tñ dixit ipẽ ñ fit statiꝫ in pͥn° ſꝫ postea i tpre. Dix dinꝰ dyefona exñs appet alba cuꝫ dẽpsaṫ i ptibꝰ suis sicͭ aq̃ cũ dẽpsaṫ i glacieꝫ appet alba ꝯdẽpsaṫ ãt cornea i cicatrizatiõe ulceris eiꝰ. Et dixit ꝯiũctiua appet rubea. qꝛ cũ sit hñs uenas ⁊ fiat i eis extensio tra hitur illuc sanguis ꝑ quẽ color appet rubeus Quidã ãt alij dixerũt ꝙ iõ i cornea appꝫ pũ ctũ albũ qꝛ mã ꝯuersa ẽ i saniẽ que ẽ alba. ſꝫ in cõiũctiua appet rubeũ qꝛ ut pł'm fit a san guie. Gentił' ãt dixit ꝙ color appens i ulceri bꝰ cornee aut ẽ ex nã mẽ ãt ex nã ptis. Si ex nã mãe ulcerãtis ł attracte ad locũ. sic põt ap parere color cuiuscũqꝫ mãe. Et dixit se uidi sse in ulcere cornee multã rubedinẽ in cornea ꝑꝑ mãꝫ sanguineã illuc tractã ymo ut pł'm est ita qñ ulceratio ẽ i fieri. Cũ h° tñ ꝙ appeat color rubeus appet ẽt color albꝰ in ptibꝰ qui busdã nisi multũ esuperet sanguis ⁊ toᵐ tegat Si ãt color isequiṫ naturã ptis cornee ulce rate circũscripta mã humorali ulcerãte ł illuc tracta ⁊ sic appet color albus qui fit dupłꝛ. primo ex introitu aeris ad partes cornee. aer aũt qñ miscetur cornee puro facit illud appa rere albũ. Et expiẽtia hoc declarat. Si eñi accipis ocł'm alicuiꝰ aĩalis ⁊ subleuas cũ ali quo ferro statiꝫ dealbabiṫ cornea ibideꝫ. hec aũt dealbatio non appet i omĩ ulcere cornee sed cũ ẽ ibi contussio ⁊ distractio. Et iõ si in cisio fiat in cornea ab aliquo ferro acutissio non appebit illa albedo Scđa cã dealbatiõis ẽ defectꝰ uirtutis cornee. Nam ṽtus eiꝰ cũ ẽ potens supra nutrimẽtũ deducit illud ad for mã dyafonã Cũ uero deficit non tã multũ sicͭ accidit quando sanantur ulcera cõuertit mãꝫ nutrimentalem ad formam propinquam dia dyafonitati ⁊ talis est albedo. et ideo pro ptie apparet albedo quãdo ulcera cornee sunt in uia consolidationis ut posuit mesue. de ulceribus oculi. Et ad hoc põt reduci cã dini ꝑ uiam ꝯdẽpsatiõis ptium cornee qꝛ qñ fit ꝯsolidatio fit quedaꝫ ptium comdepsatio Corpus aũt dyafonũ cõdẽsatuꝫ albescit. Cau sa aũt rubedinis cõiunctiue ẽ que ab alijs est dicta supra Et dixit Gentił. ꝙ uidit ꝑ expiẽ tiam ꝙ cõuertũtur qñꝫ ad quẽdaꝫ . coloreꝫ fu scum .s. nigrum ubi ꝑus erant rubea quia san guis ibi quasi marcescit Et iõ littera Auic. exterior dicit qõ est super cõiunctiua est ni grum Et in fine uidi ꝙ post longum tẽpus ñ appet uestigium neqꝫ rubeum neqꝫ nigruꝫ ſꝫ uadit ad coloreꝫ ꝓpriuꝫ et ideo in apãte cõ iunctiue q̃ꝫdiu ꝑdurat in fieri tunc ꝓpter do loreꝫ attrahitur sanguis et appet cõiunctiua rubea Cum autem mã ẽ confirmata ⁊ iam q eratus est cursus materieruꝫ non est rubedo cum illo apostemate licet sit ibi ulceratio siue ꝯtinuitatis solutio que cõsequiṫ omẽ apã unͫ sꝫhu baly dixit fortasse apparꝫ obtalmia ⁊ oc culus est rubei coloris Et fortasse oculus nõ

apparet rubeus cum eo Ego autem non uideo
ꝙ uerba gentilis sint ad mentem auctorum 2m
signum est dixit Auicena ꝙ est cum eo dolor
uehemens ⁊ pulsatio non qr uelit ꝙ sit in eo
dolor pulsatiuus cum istud mēbrum non sit ar
teriosum in quo talis dolor habet fieri hū tū
posset in ulcere cornee inueniri dolor pulsa
tiuus sed non ratione ipsius ulceris Sed ra
tione materie tracte ad alias partes oculi.
Sed dixit Gentilis. pulsatio idest pulsio mãe
scilicet saniose ē 3m signum. Et ꝙ sic uoluerit
Aui. patet quia subdit qñ inueniť sanies in
eo qḋ supponitur scilicet ĩ panno uel pululo
alba tunc significat dolorem debilē ⁊ pulsatō
nem. Significat dolorē debilem qr significat
ꝙ in materia completa ē digestio ⁊ facta saie
remittitur dolor. Et significat pulsationem
fortem idest uirtutē expulsiuã potentem expe
lere mãm quã digessit. Si uero dixit. A. sani
es que apparet ĩ pãno ē citrina aut fusca aut
subtilis quarum quelibet est sanies non ꝑfe
cte digesta erit leuior idest minor scilicet ex
pulsio illius materie. Et non debet refferri
leuior ad dolorem. Cum tunc dolor sit forti
or circa saniei generationem. Et ideo inueniť
alia littera que dicit est fortior. ⁊ tunc refer
tur ad dolorem nõ ad expulsionem. Et dixit ꝙ
si fuerit rubea tunc dolor est leuior ualde sci
licet q̃ȝ in citrina uel fusca uel q̃ȝ in subtili
aquosa uirulenta. qr significat materiam ma
gis benignam scilicet sanguineam. Quidam
aũt dicunt ꝙ in hac parte Auicena posuit si
gnum ulceris coniũctiue ⁊ exponunt ꝙ si fue
rit rubea scilicet ulceratio in ꝯiũctiua. tunc
dolor ĩḋst passio erit leuior idest securior q̃ȝ
si esset ĩ cornea. Rasis ꝟo 2o ꝯtinentis. au
ctoritate collirizantium idest expimentatorũ
in curis oculorum dixit ꝙ si plumaciolꝰ ⁊ pã
nus superpositus oculis cum remoueť inueni
tur infectꝰ putredine alba paciens infestatur
dolore pexĩmo quorum dictum non uideť con
tinere ueritatē ut patet per Auic. hic ⁊ nõ est
mirandũ quia illi erant expimentatores tan
tum. posset tamen saluari dictũ eorũ sic infesta
tur dolore pessimo non tunc quando apparet
putredo alba sed ante scilicet prius q̃ȝ esset ꝑ
perfectam digestionem dealbata infestatur ꝓ
infestabatur. uel infestatur dolore pexĩmo. si
cilicet aliquando. Et hoc quando sanies illa
esset corrosiua. Et subdit Rasis auctoritate
illorum ⁊ infestatur forti repercussione idest
repulsatione scilicet expulsione. Et si pu
tredo inuenitur coloris pulueris aut blaui
aut crocei est minoris repercussionis. Et si ĩ
uenitur coloris rubei est minoris. ⁊ sic con
formatur textui Auicene. ponunt ergo tres
gradus expulsionis quorum unus est maior
alijs ⁊ est cum sanies est alba ⁊ alius est mi
nor alijs ⁊ est cum est rubea ⁊ alius tenet
medium ut cũ ē citrina ł fusca. Cura exitu
ꝑaꝝ ⁊ ulceꝝ ocłi ⁊ p̄cipue cornee perficitur
dieta et potiõe ꝓ ordinatiõe aũt aeris et acci
dētium aie recurratur ad dietam in obtalmia
dictã. Dixit Rasis 2o cõtinētis. Nõ clamet
et nõ sternutet suple neqȝ forti moueať motu
et maxie circa ꝑtes capitis qr addũt in distu

ptionē. Et nõ intret balneum nisi mã ente di
gesta. Et si intraret balneum pus .i. ꝓpter ait
quã cãm nõ diu moreť in eo qr humectat et
ꝓhibet debita curam ulceris Sičt dixit Aui.
dixit haly. getez ipera et ociũ et in loco ee
obscuro odoret uiolam recentem et nenufar ⁊
canforã et ab ira remoueat. Dixit Rasis.
2o ꝯtinētis. Cum pustule eueniũt dextro ocło
dormiãt sup latere dextro ⁊ si in sinistro sup
sinistro. Alma. uero et mesue dixerũt dor
miãt resupine. Et Aui. dixit Cum fuerit ulcꝰ
in oculo dextro dormiãt sup sinistro et eꝯo.
ꝓpter hanc go ꝯtrouersiam sitꝰ dormiēdi tol
ledã. scire obes ꝙ si materia actu fluit ad ba
thor uel ulcus oculi. patiēs dȝ iacere sup latē
oposito sicut supra patuit in dicta obtalmie.
Et sic itellexit Aui. Si uero materia ñ ãpliꝰ
fluit. tũc si ꝑ apparentiã alicuius eminētie in
cornea adest suspicio de exitu uuee debet
paties iacere supine ut dixerũt Almã. et me
sue. Et Aui. ét dixit scias ꝙ necessariũ ē tibi
qñ ulcus incepit in eminētia ut facias adhe
rere oculo ligaturã qua sustentetur a resupi
natiõe idest ꝙ iacet supinus. Si aũt nõ ē ti
mor de fluxu neqȝ de exitu uuee. tũc ut dixit
Rasis. dȝ iacere sup eodē latere. qr ĩ tali situ
materia mala melius effluit ab oculo extra ⁊
nõ retineť unde dixit haly. p̄cipe hñti ulcus
in oculo ut iacet super latus ubi est ulcus ut
non corrodat sanies tunicas oculi. Ideoqȝ
si est in dextro dormiat super dextrum et cõ
uerso. Debet tamen in quocũqȝ situ tenere
caput super puluinari bono et molli ut non do
leat caput p̄duritie eius Dixit haly Cibis
pasce laudabilibus et Julep illi ꝓpina et g̃na
torum sucum et similia. Et dixit Mesue.
gntam rem cõplet administratio subtiliationis
regiminis sicut diximus in obtalmia. dixit
Auic. oportet ut subtilietur regimen in pri
mis. s. stante dolore uehementi et fluxu mate
rie qḋ maxie ē anteq̃ȝ exitura matureť et dis
rũpať. Cũ ꝟo disrupiť ulcus et sanies mul
ta ab eo effluit tũc declinat regim̃ ad extremi
tates scilicet animalium ⁊ ad pullos ⁊ sic igro
setur dieta quod fit ꝑꝑ tres causas scilicet di
xit Auicena. ut non debilitetur uirtus scilicȝ
totius corporis ⁊ etiam ipsius oculi ⁊ tuni
ce eius ulcerate que debilitatur ex manatiõe
multe saniei ab ea. ⁊ ut non prohibeatur con
solidatio ulceris. ⁊ ut non multiplicentur sup
fluitates in corpore ⁊ in oculo. Nam cum cor
pus ē debile ⁊ etiam particula ulcerata ē mul
tum debilis multiplicanť supfluitates in cor
pore ⁊ in ea per uiam indigestionis. Et per
uiam insufficientis expulsionis ⁊ mũdificatō
nis supfluitatum que si multiplicanť ꝓhibent
ulcus a consolidatiõe q̃uis tamen ingrosseť
regimen dixit Aui. Non oportet ut repleat si
licet superflue sed paucis cibis sit contentus

Cura uero per potionem dixit Mesue est
quinqȝ res. prima est euacuatio multitudinis
materie. 2a ē ꝓhibitio discursꝰ mãe ad oclm
3a est administratio intentionis circa uulnus
hanc aũt intentionē quidam diuidunt in duas
. s. in ulceris esiccationē et abstersionem et in

ꝯsolidationē eius. Et ut sic Aui. uisus est po
nere sex intentiões 4.ᵃ ſm mesue ē correctio
accidētiū. Et 5.ᵃ est ut uestigiū ulceris rema
neat delectuʒ abstersuʒ subtile. Auctores tñ
huic ultime intentioni ſm plurimū faciunt ca
pitulū spāle de quo inferius dicet̃. Primā in
tionē dixit mesue. ꝯplent flōmia et ꝓprie ce
falice. deinde solōnes leues uētris ex hys q̃
diximus in caplo obtalmie facte cum itera
tione. Et Aui. dixit. intende in mūdificando
caput et stōachuʒ cū euatiuis trahētibus ad
inferiora. imo assiducitur solo uētris oibus
quatuor diebus. Cuʒ eis qd̄ educit superflui
tatē acutaʒ subtileʒ ex decoctiōibus et infu
xionibus illud facientibus. Et iste terminus
quatuor dieꝝ non est prefixus. Sed potest
fieri euacuatio cicius et tardius ſʒ diuersita
tem dispositionis materie et dispositiōis pa
tientis. In sūma tñ utile ē ꝙ talis fiat euacua
tio frequēter. qm̄ per ipaʒ tollit̃ additio ul
ceris et festinatur eius esiccatio et curatio.
Et nō solum pōt fieri decoctiōibus et infu
xionibus. sed ēt alys modis ēt cum pillulis.
unde yhu haly. posuit pillulas que sic fiunt.
℞. dragaganti liquiritie an. ꝑtem. i. dyagre
dy ꝑtē. ʃ. dosis est. ʒ. i. Ista tñ dosis est ni
mis magna. sufficeret enim. ʒ. ʃ. uel nimis.

2ᵐ rem dixit Mesue complent medicamē
ta sicut distincta sunt in capitulo obtalmie.
Et Aui. dixit si fuerit hic obtalmia. i. fluxꝰ
materierū ad oculum sicut in obtalmia cure
tur cum euacuatiōe dicta in caplitulo. obtal
mie et cum medicinis dictis illic. s. que habēt
fluxum materie ꝓhibere. Et subdit. i istis
medicinis cōiungatur inter sedationē dolo
ris et cōsolidationē ulcerum. i. fiat ꝙ in tali
medicina sit uirtus sedatiua doloris. Et hꝰ
per repulsionē materie ab oculo et ꝓhibitio
neʒ cursus materie ad ipm̄. Et sit etiā in ea
uirtus consolidatiua uulneris siue eius con
solidatio habeat fieri per uiam prime inten
tionis qd̄ rarissime cōtingit siue per uiam
secūde intentionis abstergendo carnē generā
do esiccando et finaliter cicatrizando. Et
ad sūmū dixit Aui. si fuerit hic cursus mate
rie ꝑmisceatur. ei illud qd̄ habet uirtutem ꝓ
hibitiuaʒ fluxus ex sucis et aliis dictis in
obtalmia. Et ex cōuenientibus hic dixit ipe
sunt colliriuʒ aucsestegi. i. de amilo et atcusi
idest canfora et cerusa. Nam istud colliriuʒ
ꝓhibet fluxum et preparat ad cōsolidationē
et yusu haly. posuit colliriuʒ in hoc qd̄ sic fit
℞. gūmi arab. dragagāti amili an. ʒ. ii. ceruse
. ʒ. v. opii climie argenti an. ʒ. i. cōiungūtur
cum aqua pluuiali et fiat sief. Et dixit Aui.
distillatio lactis mulieris in oculo est conue
niens quia ē in eo ꝓhibitio cursus et abster
sio. 3ᵃᵐ rem ꝯplent dixit mesue. admini
stratio madicaminū facientiū nasci carneʒ in
ulceribus et consolidantium uulnera sicut ē
in principio sief. album cum lacte mulieris ⁊
albumine oui. Et administrant̃. s. magis in ꝓ
cessu medicamia desicatiua non multe mordi
cationis. Et hoc ut nō fiat sanici gnātio. est
enim in hoc ulcere sanies suspecta. Dixit
hal. mundificationē oʒ medicamibꝰ uti desic
catis. Sʒ qm̄ mēbrū hꝰ nimii ē sensus ⁊ pun
gentibus leditur. Necesse est ut medicamina
ad ulcera desicanda desicent sine punctiōe qᵃ
lia sunt cerusa climia gūmi silini sedenegum
oui cortices ⁊ similia. Et post cefalice minu
tioneʒ oculo colliriuʒ albuʒ instilla sine opio.
cum lacte mulieris cui puella est. desicat enim
sine punctione ⁊ refrigerat ⁊ lenit ⁊ cliniat
idest abstergit. Et dixit. si ulcus fuerit i cor
nee superficie aut in prima tunica eiꝰ. puluē
puluerisa albo composito ex sercocola cōdi
ta cum lacte asine. Et sit ex ea pars. i. ⁊ amili
ꝑs. ʃ. donec maturetur ⁊ tunc colliriza oculm
collirio rosato. Et Serapio dixit. ulcera h
indigent medicis que abstergunt donec erra
dicēt ex eis suꝑfluitateʒ que prohibet cōsoli
dationeʒ eoruʒ. oportet ergo ut consideremꝰ
Et si materia acuta adhuc currit ad oculm oʒ
ut euacuemus corpus ⁊ caput ⁊ incipiamꝰ in
primis cum extractione sanguinis qr in ex
tractione eius est iuuamentuʒ magnuʒ sicut i
reliquis alys egritudinibꝰ. que sunt ex replō
ne deinde euemus cum decoctione duoꝝ mi
rab. s. citrinoruʒ ⁊ indoruʒ ⁊ yere. Dixit
Aui. ad sūmuʒ canon electionis medicinaruʒ
in ipso ē quoniaʒ oportet ut elligatur omne
quod esicat absqʒ mordicatione Dixit Ra
sis 2ᵒ continētis quando materia cessat ꝙ nō
fluit ad oculm curetur ulcus cum generantibꝰ
carneʒ sicut cum sief de olibano. Nam quan
do ab humiditate superflua mundificant̃ ocu
li nascetur in ulcere caro uelociter ⁊ mundifi
cabitur de facili. Et dixit ibidē auctoritate
Hal. si cum medicis ulceruʒ miscet̃ lac magis
cōueniunt qr lac abstergit ex proprietate sua
⁊ mūdificat. Et mundificare est cōueniens ul
ceribus que indigent replōne. Et in defectu
lactis potest dissolui sief in decoctione fenugͤ
ci. qr in eo est aliqua proprietas abstersionis
Alim sufficit nasci carnē in ulceribus ocu
lorum. Et prohibens egressuʒ uuee ⁊ subti
lians uestigia ulceruʒ. ℞. climie ⁊ tutie trita
rum ⁊ ablutaruʒ multociens cum aqua pluui
ali ceruse ⁊ antimony ⁊ olibani. an. ʒ. ii. mirre
. ʒ. i. sercocole sāguis dracōgis aloes opy ana
. ʒ. ʃ. est enim expertuʒ. ⁊ per opiuʒ sedat ēt
dolorem. Sief. de ture maturans ulcēa ℞
thuris. ʒ. i ʃ. armoniaci sercocole an. ʒ. ii. cro
ci. ʒ. ii. fiat sief cum mucillagine fenugreci. Et
dixit Rasis. sief cuius operatio est sublimis
ad ulcera maligna oculoꝝ ⁊ ꝓhibet egressum
uuee. ℞. ātimony ſcocole ana. ʒ. xi. ⁊ acatie
. ʒ. iii. al. ʒ. i. ꝯfice cū suco rubi. Filiꝰ Ser. cho
hol conferēs ulceribꝰ oculoꝝ. ℞. ſcocolle nu
trite in aqua rosata diebꝰ pluribꝰ. deinde nu
trite in lacte mulieris ēt diebꝰ plibus. Et de
inde esiccate q̃ntitatē sufficientē puluerisa et
fac chohol. dixit saler. ℞. sarcocolle nutrite
in lacte mulieris uel asine. ʒ. iiii. antimony sā
guis drac. sedenegi an. ʒ. ii. mirre ⁊ aloes an.
. ʒ. i ʃ. opy. ʒ. i. tere contritione ultima. deinde
confice cū suco rubi terrendo in uase lapideo
contritione uehemēti donec fiat sicut mel cur
rens ⁊ reconde in uase uitreo ⁊ utere. Dix
Serapio. Cum declinat ulcꝰ administrabimꝰ
que replent ipsuʒ sicut plumbū ustū ⁊ olibanū

⁊ cerusa ⁊ marmor inuentũ in luto uiridi. Di
xit hal' mittigato dolore ⁊ fluxu acute mãe se
dato que maturant appone ut azarutũ mixtũ
cum lacte asine ⁊ amilo ⁊ tabarzal aqua
Et colliriũ liquefac albũ fenugreci aqua ma
ne ⁊ uespere donec maturetur ⁊ exiet sanies
Post hec utere desicatiuis plus ⁊ minus sm
ꝙ ulcus plꝰ est profundũ sordidũ ⁊ hũidũ
Et si non sufficerent sibum utere ustũ ⁊ plum
bũ ustum qm manifesta inest illi utilitas eli
mationis ⁊ esicationis. Et hoc uteris donec
ulcus omnino desicetur ⁊ carne repleatur ⁊
oculus confortetur optime ⁊ superficies ade
quetur cornee. Et album appareat ulceris si
licet macula. Et tunc ad cicatrizandum colli
rium adhibe lene ⁊ oculo ualde roborato. col
lirio utere rubeo acuto uel uiridi scilicet ad
subtiliandũ cicatricem. Dixit mesue. post
tempus principij. si dolor non sedatur fenugꝫ
cum rosis coctũ in uino stiptico aut aqua ro
sata super oculum cataplasmet̃ ⁊ utendum est
ꝺiceps sief albo ⁊ sief ꝺ plũbo cũ albugie oui
Et si dolor reprimitur sief de plũbo tantum
utendũ est cum albugine oui. Cum aũt re
pletum ē ulcus carne utendũ ē sief glisic qꝺ
habet consolidare ⁊ cicatrizare. Dixit fi
lius zacharie. sief de plumbo replens ⁊ cõso
lidans ulcera oculorũ. ℞. plumbi usti ãtimo
nij tucie ablute calcecumenon gũmi arab dra
ganti ana. ʒ. viij. opij. ʒ. ß. confice cũ aqua
pluuiali. Dixit Auicena de quarta intẽtõe
secundum ipsum que est ad consolidandũ. qñ
mundificatur ulcus idest iam mundificatum
est tende ad esicatiua sicut est colliriũ ꝺ oli
bano ⁊ sicut est ipsum olibanũ ⁊ anulum ⁊
cerusa ⁊ plumbum ustum ablutum ⁊ colliriũ
